

DISTINCTIONIS VNDECIMAE

ceptione comprehenditur: spiritus igitur sanctus procedit à filio.

2. ratio. Præterea, data hypothæsi, Si spiritus sanctus distingueretur, aut per essentiã distingueretur, aut per relationes: non per essentiã, quandoquidem trium personarum vna est omnino essentia, per relationes igitur, aut igitur per relationes disparatas, aut oppositas, nõ per relationes disparatas, quia si disparatio relationum ad distinguendum sufficeret, duæ relationes disparatæ existētes in patre distinguerent personaliter patrem, quæ tamen non distinguunt, sed ad vnam patris personã pertinent, quare si in filio & spiritu sancto nõ reperirēt nisi duæ relationes, quibus ad patrē referrentur, Filius & spiritus sanctus non essent distinctæ personæ: sed vna omnino habens duas relationes oppositas ijs, quæ essēt in patre, hinc ergo iam efficitur distinctionem in diuinis positam esse in oppositione relationum: at huius modi oppositio in diuinis attenditur solū secundum originē, hoc est, secundum rationē principij, & principiati, igitur si spiritus sanctus personaliter distinguitur à filio, omnino ab eo procedit. Alioqui si non procederet, minimè distingueretur. Thom. 1. d. 11. q. 1. Durand. 2.

3. ratio. Alij sic argumentantur. Data hypothæsi, si spiritus sanctus distingueretur: aut per essentiã distingueretur, aut per diuersos modos procedendi, aut per relationes disparatas, non per essentiã vt patet, neq; per diuersos modos procedendi, partim, quia diuersi illi procedendi modi reducuntur in distinctionē principiorū, scilicet intellectus, & voluntatis, quæ cum sola ratione distinguantur, fieret vt filius, & spiritus sanctus sola ratione distinguerentur, partim, quia illi modi distinguerent aut secundum esse, aut secundum quidditatem relationis, non secundum esse, quandoquidem secundum esse in diuinis omnia transeunt in essentiã: neque secundum quidditatem relationis, quia quidditas relationis in ordine ad oppositū cōsistit, at generatio non refertur ad spirationem. Neq; esse potest illa distinctio

per relationes disparatas, nõ illæ relationes aut distinguerent secundū esse, aut secundū quidditatē, siue rationem relatiuam, nõ secundū esse, quia transit in essentiã, neq; secundum rationem relatiuã, nam hæc ratio sumitur ex ordine ad oppositū: iam vero genitum non opponitur spirato, data igitur hypothæsi, genitum, & spiratum minimè distinguerentur. Egid. 1. d. 11. q. 3.

Præterea, relatio in diuinis solū distinguit ab opposito, sed si spiritus sanctus nõ procederet à filio, nulla inter eos oppositio intercederet, siquidē omnis in diuinis oppositio ex origine duntaxat ortū habet: igitur si spiritus sanctus non procederet à filio, ab eo minimè distingueretur. Maior ostenditur. Relatio in diuinis aut distinguit secundū esse, aut secundū rationem relatiuam, non secundū esse, quia transit in essentiã, igitur secundū rationem relatiuam: at ratio relatiua posita est in ordine & habitudine ad oppositum, relatio igitur in diuinis solum distinguit ab opposito.

Postremo, productiones in patre actiuæ nõ distinguunt personaliter, igitur neq; passiuæ eisdē respondētes. Cōsecutionis vis hinc intelligitur, quoniam cum actus propriū sit distinguere, nõ videtur vllō modo cōsentaneū, vt aliqua sint magis distinctiua in esse passiuo, quã in esse actiuo: quare si productiones passiuæ, nepe generari, & spirari, sufficiunt ad distinguendū, multo magis actiuæ, iam si actiuæ distinguerēt, ita fieret, vt quatuor essēt personæ in diuinis. Quod si negas actiuas productiōes sufficere ad distinguendum, neges etiã oportet & passiuas. His igitur argumētis grauisimi, & doctissimi theologi adducuntur vt credant, illā consecutionē esse firmissimã: spiritus sanctus nõ procedit à filio, igitur ab eo minimè distinguitur.

Alijs contra visum est, id vero multis argumentis volūt esse persuasum. Scotus igitur, 1. d. 11. q. 2. sic argumentatur. Eodem omnino qualibet persona constituitur personaliter, & à quouis alio distinguitur: at filius in esse personali adæquate & præcisè filiatione constituitur, etiam sublata spiratione actiua,

4. ratio.

5. ratio.

spiritus sanctus, etiã si nõ procederet à filio ab eo tamen personaliter distingueretur.

Difficilio in diuinis consistit in oppositione relationū originis.

actiua, filiatione igitur à quouis alio supposito fecernitur, sublata igitur per impossibile à filio spiratione actiua, adhuc filiationis interuentu ab spiritu sancto distingueretur. Maior ostenditur. Proprietate individuali, ac personali, persona quæq; constituitur in esse vno, ac esse vnum esse individuum, & distinctum à quouis alio, eodem igitur res quæq; constituitur in esse personali, & à quouis alia persona distinguitur. Minor ex eo intelligitur, quia si filius in esse personali constitueretur spiratione actiua, pater & filius haberent eandem personalitatem.

Secundo, quæ procedunt distinctis emanationibus, quæ conuenire eidem minimè possunt, illa re ipsa distinguuntur, ac filius & spiritus sanctus sunt huiusmodi, re ipsa igitur visu aru emanationu distinguuntur. Minor propositio quoad priorè partem sic ostenditur. Filius procedit generatione, spiritus S. spiratione, generatio autem & spiratio sunt distinctæ emanationes, vt quarum sunt distincta principia, nempe intellectus, & voluntas, igitur, etc. Posterior vero pars in hunc modum ostenditur. Idè producitur duabus productionibus, quarum altera non posita esset sufficenter productum, est impossibile, ita enim eueniret vt idem esset, & nõ esset: esset quidem posita vna productione, non esset vero quia adhuc altera expectaretur, ac generatio & spiratio sunt productiones huiusmodi, hoc est, duo modi totales accipiendi eandè naturam, igitur vnum & idè illis duabus productionibus produci est impossibile. Porro minor prioris discursus hinc intelligitur, quoniam pater seipsum cognoscendo sufficenter producit, & generat verbum, sic autem generat, vt non spiret, non posita igitur spiratione, filius est sufficenter productus, igitur per spirationem minimè producit, alioqui idem bis produceretur. Scotus, l. d. ii. q. 2.

Alij sic argumentantur. Filius, & spiritus sanctus quoad proprietates personales distinguuntur, At filius constituitur in esse personali ipsa filiatione, spiritus vero sanctus spiratione: igitur filiatione filius ab spi-

ritu sancto distinguitur, & spiritus sanctus à filio, spiratione, sola igitur filiatione in filio manente, adhuc filius, ipse interuentu, distingueretur ab spiritu sancto. Alfonso, l. d. ii. quæst. i.

Hinc iam illud intelligitur, quod si filius & spiritus sanctus à solo patre procederent, filius sic esset genitus, vt minimè esset spiratus, & spiritus sanctus sic esset spiratus, vt minimè esset genitus, ac proinde filius non esset spiritus sanctus, neque spiritus sanctus esset filius. Deinde illud intelligitur illam consecutionem non esse firmam, spiritus sanctus distinguitur à filio persona liter, igitur ab eo procedit. Postremo si spiritus sanctus procederet à filio, & non à patre, spiritus sanctus nihilominus distingueretur à patre, alioqui spiritus sanctus produceret eum à quo producit, si quidem in eandem personam incurrerent pater & spiritus sanctus: igitur si spiritus sanctus procederet à patre, non à filio, nihilominus distingueretur à filio.

DILVTIO ARGUMENT.

HAEC quæstio in contrarias partes tractata ancipitem continet sententiam, nempe quia vtraq; pars probabilitatis multum habeat, quocirca allata ad vtranque partem confirmandam argumenta diluenda sunt.

Pro Thoma igitur ad argumenta Scotica respondetur. Primum argumentum diluitur trifariam, vno modo negata in vniuersum maiori propositione. Ea siquidem vt vera sit in absolutis, in relatis non item. Est vera in absolutis, quoniam cum absolutum sit aliquid in se, & ad se, efficitur vt proprietas individualis, & personalis in absolutis [distinguat à quouis alio. In relatis vero non sic habet: quoniam cum vis omnis relatorum sit posita in comparatione cum re altera sibi opposita, fit, vt proprietates relatiua distinguat solū relatiuè, ac proinde à solo correlatiuo.

Secundo modo diluitur argumentum concessa maiore propositione, & negata minore.

Pro Thoma.
Ad r. Scoti.
Duran. l. d. ii. q. 2.

DISTINCTIONIS VNDECIMAE

Nam filius distinguitur à quouis alio tã filiatione, quam spiratione actiua. Nã persona habes multas proprietates, vt per omnes simul constituitur in esse incõmunicabili, ita per omnes simul distinguitur à quouis alio. Nam multitudo & congeries proprietatũ quę simul omnes non possunt in alio reperiri, cõficit indiuiduũ, vt author est Porphy. cap. de specie, ipsũq; ab alijs õnibus secernit.

Postremo illud argumentum sic dissoluitur vt dicatur, Filiũ distingui filiatione bifariam, vno modo distinctione relatiua, altero modo distinctione disparata. Ac distinctione quidẽ relatiua, ab eo solũ secernitur cui opponitur, distinctione vero disparata à quouis alio, etiã ab spiritu sancto. Hęc tamen distinctio disparata in diuinis nõ valet efficere distinctionẽ realem, siquidẽ incompossibilitas, & incõmunicabilitas omnis in diuinis ortũ habet ex ordine, non quo vnũ antecedit alterum, sed quo vnũ emanat ab altero, qui ordo dicitur ordo originis. Sublato igitur hoc ordine nullus iam relinquatur locus distinctioni reali in diuinis.

Ad 2. Ad secundũ respondetur admissã maiori propositione, sed iam minor est falsa. Nam data hypothese, generatio & spiratio nõ essent modi accipiendi eandẽ naturam incõpossibiles in eodem supposito: partim, quia principia illarum emanationũ, nempe intellectus, & voluntas in eodẽ supposito cõueniũt, partim quia non essent productiones, siue emanationes essentielles, sed generatio esset essentialis, vt pote per quam genitum acciperet esse simpliciter, spiratio vero esset aduentitia & accidentaria quia non daret esse simpliciter, sed adueniret supposito iam cõstituto. Partim, quia omnis in diuinis incõmunicabilitas, & incõpossibilitas ortũ habet ex ordine originis, qui tamen ordo in hisce emanationibus, data hypothese, minimẽ reperitur. Ex quo iam intelligitur aduersarios sumẽtes illos duos modos esse incõpossibiles sublato ordine originis, nihil omnino dicere. Nam sublato ordine originis, omnino tollitur incõpossibilitas, ac proinde idẽ omnino esset genitũ, & spiratũ.

Obijci tamen contra potest. Si data hypothese idem omnino esset genitum, & spiratũ, pater filium gigneret, & spiraret. Pater igitur spirando illud idem filio cõmunicaret, quod generando: an aliquid aliud? Non aliquid aliud, nam nihil in diuinis, nisi essetia quæque essentiam consequuntur, est comunicabile: spirando igitur illud idem comunicat, quod gignendo: at gignendo cõmunicat essentiam: igitur & spirando: cum vero comunicando essentiam largiatur esse simpliciter, sequitur patrem spirando dare esse simpliciter. Respondetur patrem spirando dare esse simpliciter, non quidem per se, & ex vi spirationis, sed quasi per accidens, & concomitanter.

Ad tertium dicitur, nunc de facto filiationem distingui realiter à spiratione, quia coniungitur spirationi actiua, quæ opponitur spirationi passiua, cuiusque interuentu filius opponitur spiritui sancto. Ex quo iam efficitur, vt remota, ac sublata spiratione actiua à filio, Filiatio ab spiratione, minimẽ re ipsa sed ratione sola distinguitur: nempe cum idem suppositum esset genitum, & spiratum,

Ad postremũ concessõ antecedente, negatur illatio. Nam in priori casu pater opponitur spiritui sancto, saltem mediatẽ, vt docuimus distinctionis huius. q. 2. ad finẽ, in posteriori vero nulla remanet oppositio, neque mediata, neque immediata inter filium, & spiritum sanctum. Vnde nulla est vnus ab altero distinctio. Ita D. Thomæ sententia defendi potest.

Ceterũ pro Scoto ad argumẽta D. Thomæ, & aliorũ haud difficile est respondere.

Ad primum igitur respondetur negatione antecedentis, ad probationẽ vero dicitur, illud non esse verum, amorem rei cognitã procedere à verbo, siue à conceptione rei intellectæ, tanquam à principio productiuo, aut comproductiuo. Nam si verbum est ipsamet actio, intellectus, nequaquam concurrat verbum ad productionem amoris, siquidẽ actus intellectus, neq; tota, neq; partialis causa sit actus voluntatis comproductiua.

Obiectio
vehemẽs.

Ad 3.

Ad 4.

Pro scoto
ad argu-
menta D.
Thomæ
responde-
tur.
Ad 1.

Caieta. 1.
p. q. 16.
articul. 2.

Ad 2

Idem
test d
plur
se, n
acci

Ad

ductiva. Sola enim volūtas est elicitiva actus volūtatis. Sin vero verbū est aliquid aliud, nempe expressum quiddā actione intelligēdi, sequitur vt summoto verbo consequi in voluntate possit amor. Nam volūtate rectē disposita, & minimē prēpedita, posita actione intelligēdi, amor consequitur rei cognite, id quod cernitur in beatis, in quibus nō formato verbo inest nihilomin⁹ amor Deitatis conspecta.

Ad 2.

Ad secundum eiusdem Thomæ respondetur, data hypothēsi, spiritum sanctum, & filium distingui per relationes, non quidem oppositas, sed disparatas consequentes actus impossibiles in eodem terminatiuē. Cum vero contra argumentatur aduersarius, generatio actiua, & spiratio actiua sunt composibiles in eodem supposito: igitur generatio & spiratio passiua, neganda est omnino consecutio. Partim, quia maior distinctio postulatur in ijs, quæ ex principijs proficiscuntur, quam in principijs ipsis. Etenim idem homo interuentu naturæ gignit hominem, & interuentu artis fabricatur mensam: iam vero mensa & homo non realiter modo, verum etiam supposito distinguuntur, at natura humana, & ars quamuis re ipsa distinguantur, non tamen supposito distinguuntur. Partim, quia generatio & spiratio sunt duo modi totales, & essentialēs accipiendi eandem naturam iam autem vt possit vnū & idem dare pluries esse, non tamen accipere, nisi omnino esse desierit: ac proinde quemadmodum idem annotauit Scotus, non est par ratio in productionibus actiuis, & passiuis.

Idem potest dare pluries esse, non tamen accipere.

Ad 3.

Ad tertium Egidij respondetur, admissa hypothēsi, spiritum sanctum, & filium distingui per diuersos modos procedēdi, & per relationes disparatas, consequētes diuersos illos procedēdi modos: qui ipsi distinguunt, & secundum esse & secundū quidditatem, non quidem relatiuam, sed processionum, quia sunt duo modi totales accipiendi eandem naturam. Cum vero dicitur, esse transit in essentiam: non igitur diuersi illi procedēdi modi distinguunt secundū

Idem potest dare pluries esse, non tamen accipere.

esse, respondet Scotus, esse transire in essentiam per identitatem realem, non formalem. Nam relatio non est formaliter essentia, neque essentia est formaliter relatio.

Ad 4.

Ad secundum argumentum Egidij respondetur, relationem secundum rationem relationis distinguere à correlatiuo, at disparate à quocunque alio. Cæterum hæc disparatio efficit distinctionem realem: quia genitum & spiratum sunt relationes disparatae consequētes productiones impossibiles terminatiuē in eodem supposito.

Diuina relatio à nullo distinguit secundum esse reale absolutū, secundum vero rationem relatiuam à solo opposito.

Notabis hoc loco, diuinam relationem à nullo distinguere secundum esse reale absolutum, secundum vero rationem relationis à solo opposito, disparate vero à quouis alio distinguere.

Illam vero Anselmi sententia, quæ obijci contra consuevit, in diuinis est vnitas, vbi non obstat relationis oppositio, sic explicatur, vt dicatur veram esse de facto, cui tamen non repugnat esse posse in diuinis distinctionem realem citra oppositionem, sed solum per relationes disparatas consequētes productiones impossibiles in eodem terminatiuē.

Ad 6.

Ad postremum argumentum pro Scoto, respondetur negata consecutione, Nam cū idem possit pluries dare esse, non itidē accipere, efficitur, vt productiones totales sint magis distinctiuae in suo esse passiuo, quam in suo esse actiuo.

Cæterū Scoti sententia non videtur omnino posse defendi, nempe ex qua illud videatur consequi, diuinis personas distinguere per absoluta, & distinctione absoluta. Per absoluta quidem, quoniam illæ proprietates disparatae inter se comparatae sunt res absolutæ, distinctione vero absoluta: quoniam omnis distinctio aut est relatiua, aut absoluta, atqui illa distinctio non est relatiua, est igitur absoluta.

Vehemens scoticæ opinionis impugnatio.

Dici tamen potest pro Scoto, illas proprietates disparatas, nō esse simpliciter, hoc est, secundum suas rationes formales absolutas, sed ex parte, hoc est, inter se comparatas. Sic enim sunt aliquid & in se, & ad se, simpli-

Pro Scoto responsio.

DISTINCTIONIS VNDECIMAE

simpliciter tamen sunt ad aliud. Porro illa realis distinctio, quam efficiunt relationes disparatae, non provenit ex ratione absoluta, sed quia sunt relationes disparatae consequentes actus impossibiles in eodem terminatiue.

QVÆSTIO. 3.

Utrum principium spiratum quod, exigat ut sic, multitudinem suppositorum, ita ut spiritus sanctus ut spiratus, non possit nisi à multis suppositis proficisci?



HÆc quæstio vnica cōclusionē explicatur, quæ est huiusmodi. Principiū spiratum quod, exigat ut sic multitudinem suppositorum, ita ut pluralitas suppositorum sit conditio necessaria spiratoris. Id vero hac ratione effectum esse volumus: Processio spiritus sancti necessario est à patre, & à filio, igitur pluralitas suppositorum est conditio necessaria spiratoris. Cōsecutio optima est, antecedens ostēditur, tum ex eo, quia si spiritus sanctus non procederet à filio, ab eo minimè distingeretur, tū ex eo, quia genitū & spiratum procedunt ordine quodam, at in diuinis nullus alius reperitur ordo, nisi originis. Confirmatur conclusio patrū testimonijs, etenim illi spiritum sanctum esse aiunt amorem patris, & filij, & nexum, ac communionem vtriusque, ut satis intelligitur ex D. August. septimo de Trinitate libro: igitur spiritus sanctus à patre & filio procedit, atque proinde pluralitas suppositorum est conditio spiratoris. Thom. 1. p. q. 36. articul. 4. ad primum.

REFUTATIO CONCLUS.

HÆc conclusio his argumentis refutatur. Posita causa sufficiente alicuius effectus, remoto quocunque alio, ponitur ille effectus, at vis productiua spiritus sancti perfecte summo patri cōuenit, remoto igitur

quocunque alio, solus pater potest producere spiritum sanctum, igitur actio spirandi non sibi vendicat illud necessario, ut à duobus proficiscatur.

Præterea vis spirandi perfecte cōuenit patri, accidit igitur patri, ut filius cōspiret, consecutio ex eo intelligitur, quia omni alio excluso adhuc pater spiraret, ut qui perfectam habeat vim spirandi.

Postremo, pater prius origine quam filiū producat habet perfecte vim cum generandi, tum spirandi, igitur in illo priori potest spirare, non est igitur necessario ut spiratio sit à duobus habentibus eandem virtutem.

Hinc sequitur, quod si pater solus esse posset, posset nihilominus perfecte spirare spiritum sanctum, alioquin non esset perfectum principium spiratum spiritus sancti, non per se igitur requiritur pluralitas in principio spiratio ut quod, sed solum ex accedenti, id quod etiam cernitur in principio creatio ut quod. Nam quāuis creatio sit à tribus personis, non tamen id per se cōuenit creationi. Nam si diuina natura in vnica dūtaxat persona existeret, adhuc illa vnica persona crearet. Nihilominus Deo crearet, si esset vnus dūtaxat, & non trinus.

DILVTIO ARGUMENT.

CAietano placet, neutra via, & ratione efficaciter obtineri, id quod est ad ostēdendum propositum, non quidem priori illa qua quæstionis affirmatio demonstrata est: partim, quia connectere, & coniungere non cōueniunt spiritui sancto interuentu proprietatis personalis: sed interuentu perfectionis essentialis, nempe amoris, qui tamen tribuitur spiritui sancto: partim, quia processio spiritus sancti non necessario sit à patre & filio, ut iam superiore quæstione docuimus, sententia Scoti cōsentaneæ. Neque itidem posteriore via, quam Scotus cōprobauit, illud ipsum efficitur quod voluit, etenim argumēta Scotica facile dissoluitur. Ad primum igitur illud Scoti argumētum, quod videtur esse potentissimū, facile respondetur. Damus aduersario, patri perfecte

Conclusio. Pluralitas suppositorum est conditio necessaria spiratoris

Augusti.

scot. 1. d. 1. q. 1.

Ad primum Scoti

Vis... potest... beri... nico... taxa... posu...

Pr... piū... tiuu... volu... conc... & m... que... nisi... tis... i po... ac pr... de p... piun... ratiu... quoc... cessar... xigit... titud... supp... rum.

fectè conuenire vim spirandi, negatur tamen consecutio: nempe posse spiritum sanctum patrem spirare, filio non, conspirante. Nam quod solus pater aut solus filius non spiret: nequaquam ortum habet ex imperfectio-
ne virtutis, sed ex eo, quia virtus spiratiua sit eiusmodi, vt non possit haberi ab vnico duntaxat supposito, quandoquidem pater communicat filio omne illud, in quo ei non opponitur, cum vero quoad vim spirandi, eidem minimè opponatur, sequitur vt eandem vim illi necessariò cõmunicet, ac proinde vis spirandi nõ possit nisi à multis suppositis haberi.

Hęc tamen ratio mihi omnino non satisfacit, quoniam & in vim creandi etiam competit. Nam cū pater, quod ad vim creandi attinet, filio minimè opponatur, sequitur vt vim creandi eidem necessariò comunicet, ac proinde vis creandi sit eiusmodi, quæ non possit nisi à multis suppositis haberi.

Quocirca longe diuersa ratio reddenda est quare vis spiratiua sit eiusmodi, vt non possit nisi in multis suppositis reperiri, ea autem non aliunde, quã ex formali & proximo spirationis principio petenda est. Etenim formale ac proximū spirationis principium est voluntas non simpliciter, sed vt concors, & mutua, namque spiritus sanctus procedit ex amore iucundissimo: iam autē amor mutuus est iucundissimus: cum vero amor mutuus nõ nisi in multis possit reperiri, sequitur vt & virtus spiratiua in multis quoque reperiat. Ex quo iam intelligitur verissimam esse nostram assertionem, nempe principium spiratiuum quod multitudinè requirere, ob id scilicet, quia virtus spiratiua est huiusmodi, quæ non possit nisi in multis suppositis inueniri.

Hinc iam constat primi argumenti Scotici explicatio. Non enim ex imperfectio-
ne prouenit, quòd vna persona non possit sola spirare, sed ex natura principij spiratiui formalis, quod non potest nisi in multis reperiri.

Ad secundum negatur consecutio, cum

vero dicitur, patrem omnia alio excluso posse spirare, nempe cui perfectè conueniat vis spirandi, negatur illud. Non enim id ortū habet ex aliqua summi patris imperfectio-
ne, sed ex natura principij spiratiui, quem admodum docuimus.

Ad tertium negatur consecutio. Nam pater in illo priori quamuis habeat perfectè vim spirandi, non tamen spiraret, quando quidem spiratiuum principium quod multitudinem necessariò requirit propterea, quas supra exposuimus causas. Dicit etiam potest patrem in illo priori, habere vim spirandi, non quidem formaliter, sed radicaliter solum & fundamentaliter, quatenus scilicet habet diuinam essentiam, habere aut illam formaliter producto filio, tunc enim est voluntas mutua: quæ est formale, & proximum principium spirandi.

✠ Q V A E S T I O . 4 . ✠

Verum pater & filius spirent vt vnum aut vt multi?



Vnt, qui putent patrem, & filium spirare quatenus sunt vnū, non tamen quatenus sūt multi, id vero hoc argumento volūt esse persuasum. Reduplicatio facta super agēs respectu actionis, declarat principium formale actionis, quādoquidem principium quo agens agit est ei ratio agendi, atqui virtus spiratiua est formale principium, quo pater, & filius spirāt: igitur reduplicatio facta super patrem, & filium respectu spirationis, denotat vim, qua pater & filius spirant. Hęc autem vnica est duntaxat in patre, & in filio, igitur pater & filius spirant vt vnum. Minor ostenditur. Nam vna & simplex operatio nõ potest esse à duobus suppositis, nisi interuentu vnus virtutis. Nam si per distinctas: ab altero supposito interuentu suæ virtutis esset totū effectum: itaque fieret vt virtus alterius suppo-

Pater & filius spirant vt vnum.

Vis spiratiua non potest haberi ab vnico duntaxat supposito.

Principium spiratiuum est voluntas concors, & mutua quæ non nisi in multis reperiri potest, ac proinde principium spiratiuum vt quod necessario exigit multitudinè supposito-
rum.

Ad 2.

fieri omnino vacaret. Egid. 1. d. 12. q. 4.

Pater & filius spirant ut multi & ut vnum Thom. 1. d. 12. q. 1. art. 4. Scotus. 1. d. 12. q. 1.

Alijs visum est patrem, & filium spirare, & quatenus sunt multi, & distincti, & quatenus sunt vnum, ut multi quidem, per relationem ad supposita spirantia, nam cum actio sit suppositorum, supposita vero spirantia sint multa, & distincta, relinquitur spiratione, quatenus actio est quaedam, esse a multis, spirant tamen illa multa supposita ut vnum, quia principium formale quo spirant, est vnum.

Sunt qui existiment, patrem, & filium spirare, neque ut sunt vnum quiddam, neque ut sunt multi, sed quatenus vim habent spirandi: id vero hoc argumento confirmant.

Actio, qua huiusmodi respicit principium precise, cuius interuentu elicitur, illudque accidit, ut principium quod, aut quo sit vnum, aut multa, igitur pater & filius spirant quatenus habent virtutem spirandi precise, non quatenus sunt aut vnum, aut multi, sed id accidit omnino.

Explicitio quaestionis. Hæri. in summa ar. 54.

Hæc nobis controuersia cum Hærico sic videtur explicanda. Etenim pater & filius, quod ad spirationem attinet, spectari possunt duobus modis, vno modo ut elicientes actum spirationis, altero modo ut concordantes, & consentientes ad actionem huiusmodi obeundam. Vtroque modo spirant ut multi. Priori quidem modo, quoniam cum actiones sint suppositorum, supposita autem elicientia actionem spirationis sint multa, sequitur ut pater & filius quatenus elicientes actum spirationis, se habeant ut multi.

Posteriori vero modo etiam spirant ut multi. Nam formale principium proximum spirandi non est voluntas simpliciter, sed voluntas concors, qua concordia non nisi in multis reperitur. Cum ergo ex parte principij formalis importetur distinctio & multitudo, efficitur, ut principium spiratiuum non solum ut quod, verum etiam ut quo coexigat multitudinem: ac proinde pater & filius spirant ut multi, & distincti & nullo modo ut vnum, siue ergo attendas principium ut quo, siue principium ut quod, pater & filius spirant ut multi, & nullo modo ut vnum. Porro an ne pater & filius sint dicē-

di vnum principium spiritus sancti, an multa, & vnus spirator an multi, alibi expēdetur.

DISTINCTIO DVODECIMA.

Resolutio distinctionis duodecime.

IN duodecima distinctione due tractantur conclusiones: quarum hæc est prior. Spiritus sanctus non prius procedit a patre, quam a filio. Probatur autoritate August.

Posterior conclusio. Spiritus sanctus plenius, & principalius procedit a patre, quam a filio, si principalitas significet auctoritatem dantis. Nam pater a se producit spiritum sanctum, filius autem producit, hoc ipsum habens a patre. Etenim pater gignendo hoc ipsum filio communicauit. Sin vero principalitas idem significet quod magis, siue perfectius intensius, non principalius, neque plenius procedit spiritus sanctus a patre, quam a filio: utpote quia in utroque sit eadem numero virtus spiratiua.

Sub priori etiam sensu dicitur spiritus sanctus proprie procedere a patre: & a patre esse per filium.

✠ QVÆSTIO. I. ✠

Utrum generatio sit prior processione?



Liquid altero prius esse dicitur vel re ipsa, vel ratione dūtaxat. Hæc ergo prima statuitur conclusio. Inter generationem & processionem non est ordo prioris & posterioris secundum rem. Nam prius secundum rem attenditur aut secundum

x. conclus.

cundum naturam, aut secundum tempus, at generatio non antecedit natura, aut tempore spirationem, utpote quia omnia diuina sint & natura eadē, & coeua, relinquuntur igitur inter generationem, & spirationē non esse ordinem prioris & posterioris secundum rem.

2. cōclus. Secunda conclusio. Inter generationē & processionem est ordo prioris & posterioris secundū rationem. Filiatio namq; præintelligitur spirationi actiuae, igitur & passiuæ, quæ simul est cum actiua, igitur processio filij prior est intellectu processione spiritus sancti.

3. cōclus. Tertia conclusio. Inter generationem, & processionē ordo originis intercedit. Ostēditur in hunc modum. Spiratum per se est à genito, igitur spirari per se est à generari, patet consecutio ex coniugatis. Nam quæ admodum se habet spiratum ad genitum, ita se habet spirari ad generari. Antecedens ostenditur. Spiratum illud suapte natura sibi vendicat ut sit productum ab alio producto, sed in diuinis præter spirationē, neq; est, neque esse potest altera productio nisi generatio: igitur spiratum per se est à genito. Maior ostenditur. In ratione spirati illud cernitur ut procedat per actum voluntatis, at emanatio per actum voluntatis supponit aliquid productum per actum intellectus, ut iam supra docuimus: igitur spiratum illud sibi suapte natura vendicat, ut sit productum ab alio producto.

Durandus. 1. d. 12. q. 1. tametsi conclusioni assentiatur, à ratione tamen probanda cōclusionis magnopere dissentit: partim, quia si spiratum per se esset à genito, spiratū esset à genito quatenus genitum est, id quod tamen omnino falsum est, sic enim eueniret ut genitum qua huiusmodi esset spirans, id quod esse falsum hinc intelligitur, quia relationes producentis, & producti sic se habent, ut vna nō possit esse altera, neq; vna esse possit causa & ratio alterius: atqui esse genitum importat rationem producti, esse vero spirantem importat rationem producentis, igitur esse genitū non potest esse ra-

tio, quod aliquid sit spirans, sed vis ipsa spirandi, quæ quamuis filio conueniat per generationem, hoc tamen accidentarium est. Nam si filius vim haberet spirandi & non per generationem, adhuc tamen spiraret.

Partim, quia quamuis processio per actū voluntatis supponat emanationem per actū intellectus, non tamen productum per actū voluntatis necessariò procedit à producto per actum intellectus. Nam principium productiuum amoris est voluntas: verbum autē ipsum requiritur non ut comproductiuum, sed ut antecedens. Ex quo efficitur ut ex illa ratione potius concludatur ordo naturalis præsuppositionis, quam ordo originis.

Quocirca Durandus existimat inter generationem, & processionem esse quidē ordinem originis, non tamen per se, sed quasi per accidens, & concomitāter, id quod hoc argumento vult esse confectum. Generatio filij non terminatur per se ad spirationem, siue ad essentiam subvirtute spiratiua, quæ filio communicatur per generationem, sed concomitanter, igitur principium spirationis nō est per se terminus generationis, igitur spirari non est per se & directē à generari, sed per accidens, & cōcomitanter. Antecedens ostēditur. Generatio per se terminatur ad filiationem, nempe quia sit illud, quod producitur per generationem, sed filiatio non est vis spiratiua, igitur principium spirationis, nempe vis spiratiua non per se terminat generationem.

Adde, quia spiratio nō est à generatione, nisi prout est in filio, nam filius vim spirandi interuentu generationis consequitur, igitur spiratio per se, & simpliciter nō est à generatione: sed ex adiunctione, scilicet, prout est in filio.

R E F V T A T I O S E C V N D A E

Conclusionis.

Nihil, quod est in filio antecedit aliquid, quod est in patre: at spiratio actiua eadē numero, quæ est in filio reperitur in patre: igitur filiatio illam minimē antecedit, sed spiratio actiua est simul cum spiratione passiuā, igitur filiatio non antecedit spirationem

Spiratum per se nō est à genito.

Inter verbum & amorē potius est ordo naturalis præsuppositionis, quā ordo originis.

Heruæ. 1. d. 10. q. 1. ar. 2. Itē d. 11. q. 1. artic. 3.

cluf.

DISTINCTIONIS DVODECIMAE

tionem passiuam, igitur neque generatio, quæ simul est cum filiatione, vel ipsa eadem est filiatio.

DILVTIO ARGVMENT.

Primum dicitur nihil existens in filio esse prius secundum rem aliquo, quod existat in patre, esse tamen per se prius secundum rationem. Dicitur secundo, filiatione esse priorẽ secundũ rationẽ ipsa actiua spiratione, non prout est in patre, sed prout à patre per communicationem est in filio.

✠ QVÆSTIO. 2. ✠

Virum paternitas & filiatio antecedant spirationem passiuam.



Eliquum est vt comparem inter se absoluta, & essentiam cum relationibus. Postremo relationes disparatas inter se conferamus. Subiunguntur ergo nonnullæ conclusiones.

Prima conclusio. Inter absoluta est ordo prioris & posterioris secundum rationem. Probatio. Essentia est prior intellectu attributis, & in attributis intellectus est prior voluntate, igitur in absolutis reperitur ordo prioris & posterioris secundum rationem. Antecedens ostenditur, qualem ordinẽ aliqua inter se habent cũ distinguuntur realiter, eundem habent omnino cũ distinguuntur ratione, sed cum essentia, & ea quæ sunt adiuncta essentia ipsa distinguuntur, essentia est prior re ipsa ijs, quæ essentia adiunguntur, & intellectus realiter est prior voluntate, igitur vbi sola ratione distinguuntur: sola est inter illa per rationem antecessio. Essentia igitur in diuinis sola ratione antecedit attributales perfectiones: & intellectus voluntatem.

Secunda conclusio. Essentia est prior intellectu relationibus. Ostenditur. Essentia in diuinis est communis cum tribus personis, relationes non item, igitur intellectus essentia est prior intellectu relationũ, igitur

essentia præintelligitur relationibus.

Tertia conclusio. Paternitas & filiatio ratione antecedunt spirationem passiuam. Ostenditur. Proprietas constituens personam, præintelligitur proprietati non constituenti, At spiratio actiua in patre non constituit patrem, eadem etiam in filio non constituit filium, igitur paternitas præintelligitur spirationi actiuae vt in patre, atq; proinde eidem etiam filiatio præintelligitur vt in filio, at spiratio actiua simul est cum spiratione passiuam, igitur paternitas, & filiatio ratione antecedunt spirationem passiuam, ac proinde etiam pater, & filius præintelliguntur spiritui sancto.

Quarta conclusio. In his omnibus nullus re ipsa ordo reperitur. Nã omnis ordo huiusmodi, aut secundum naturam, aut secundum tẽpus spectatur, at diuina omnia eadẽ sunt natura, suntque coæterna, in his igitur omnibus nullus re ipsa ordo reperitur.

REFVTATIO CONCLVS.

Tertia conclusio hoc argumento refutatur. Spiratio actiua constituit personam patris, & personã filij, non aduenit igitur personæ constitutæ, ac proinde pater non est prius ratione pater, quam habeat spiratione actiuam, neq; filius prius ratione est filius, quam habeat spirationem actiuam.

Quarta conclusio his argumentis refutatur. Ordo naturalis præsuppositionis est ordo naturæ, at in diuinis reperitur ordo naturalis præsuppositionis, in diuinis igitur reperitur ordo naturæ: ac proinde prius aliquid, aut posterius secundum rem. Minor ostenditur. Vbi vnum supponit alterum, ibi est ordo naturalis præsuppositionis, at in diuinis vnũ supponit aliud, veluti attributa essentiam, & relationes absoluta, tanquã fundamentum, & proprietas non constituens personã, proprietatem constituentẽ, cernitur igitur in diuinis ordo naturalis præsuppositionis. ¶ Præterea, si ordo naturæ excluderetur à diuinis: eo esset, quia ordo naturæ requireret distinctione naturæ, quam diuina nõ recipiunt, atqui ordo naturæ non

3. cõclus.
Paternitas, & filiatio ratione antecedunt spirationem passiuam.

4. cõclus.
In diuinis nullus ordo realis reperitur.

1. cõclus.
Inter absoluta est ordo prioris, & posterioris secundum rationem

2. cõclus.
Essentia in diuinis præintelligitur relationibus

Ad
Pater & filius vt terse personali distinctione præcise constituitur paternitate filiatio vt diffinitio ab spiratione sancto, sententialiter conuenit spiratione actiua
Ad 2
Tho. A
1. d. 12.
Ordo naturalis præsuppositionis onis a n indiui reperia tur, & quo m do.
Durãd indiui esse or nẽ natu lis præpositio nis con tẽtur, quidẽ malice sed fur metal

requirit

requirit distinctionem naturæ, non est igitur quod ordo naturæ excludatur à diuinis. Minor probatur. Multitudo rerum non requirit distinctionem naturæ, nam relationes oppositæ in diuinis sunt multæ res, & tamen non distinguuntur natura, igitur ordo naturæ non requirit distinctionem naturæ. Cōsecutio firma est, quia magis id videtur requirere multitudo re, quam ordo naturæ.

DILVTIO ARGVMEN-
torum.

Ad 1. PRIMUM igitur argumētum diluitur hoc pacto. Pater & filius constituuntur in esse personali bifariam: vno modo prout inter se distinguuntur, altero modo prout distinguuntur à quolibet alio, priori modo pater præcise constituitur paternitate, & filius filiatione, Posteriori vero modo essentialiter constituuntur spiratione actiua. Ita pater & filius, vt distincti inter se personaliter, præcise constituuntur paternitate, & filiatione, vt distincti vero ab spiritu sancto, essentialiter constituuntur spiratione actiua.

Quod vero ad secundum argumentum attinet, sunt qui ordinem naturalis præsuppositionis omnino ex diuinis rebus excludendum putent: partim, quia præsuppositio naturalis quandam declarat vnus naturæ ad alteram antecessionem: iam vero in diuinis vnica omnino est natura, & nihil sibi ipsi præponitur: partim, quia in diuinis omnia sunt æque prima cum omnia ibi sint coæua: partim, quia vbi est summa simplicitas, ibi nulla est vnus ad alterum præsuppositio. Cum igitur in diuinis omnia sint vna res, & vna natura, sequitur vt vnū non præsupponatur alteri naturaliter, aut secundum rem, sed ratione duntaxat.

Durandus tamen admittendū esse existimat ordinem naturalis præsuppositionis 1. d. 12. q. 1. non sic quidem, quod vna natura præponatur alteri, sed quod in ipsis diuinis rebus ex natura rei citra comparationem ad ea, quæ sunt extra, reperitur sufficiens fundamentum quod vnū præintelligatur alteri.

Hunc tamen dicendi modum dicit esse in diuinis nimis impropriū, vtpote in quibus summa vnitas & simplicitas reperitur. Nobis placet hunc omnino ordinem in diuinis reperiri, qui ipse fundamentaliter, & ex natura rei est in rebus ipsis diuinis inter se comparatis, completiuè vero est ab intellectu vnū præintelligente alteri, cuius tamen præintellektionis fundamentum sufficiens est in re. Ita iam constat secūdi argumenti explicatio. Namq; ordo naturalis præsuppositionis non dicit ordinem naturæ ad naturā, sed id solum significat quod ex natura rei hoc præintelligatur alteri: id quod fundamentum habet in re, formaliter tamen pēdet ab intellectu. Non tamen hinc iam cōficitur esse in diuinis distinctionem ex natura rei, siquidem distinctio sumitur ex forma, siue ex formali, non ex fundamento.

Ad tertium, existimat Durandus consecutionem minimè valere, Siquidem prioritas naturæ præter diuersitatē naturæ importet etiam antecessionem quandam, quæ in diuinis secundum rem nulla reperitur.

Ego in ratione prioris secundum naturā nequaquam requiri puto diuersitatem naturæ. Nam animal, natura illud quidem est prius homine, animalitas tamen non est distincta natura ab homine: sed eadē omnino, tametsi formaliter distinguuntur: sed illud requiritur, vt id, quod est prius natura altero, in aliquo reperitur quod natura distinguitur ab illo. Sic animal, quod est prius natura homine, cernitur in equo, qui natura ab homine secernitur. Non tamen sic affecta est diuina essentia ad personas diuinas. Nametsi diuina essentia reperitur in aliquo, ceu in patre, in quo non reperitur filio, pater tamen non distinguitur natura à filio.

Ordo naturalis præsuppositionis quomodo sic accipiendus in diuinis.

Ad 3.

1. d. 12. q. 1.

Prius secundum naturam nõ requirit diuersitatem naturæ.

Q V A E S T I O . 3 .

Verum spiritus sanctus procedat à patre per filium?

Ponitur

conclusio
interni
& filii
io ra
ne an
edunt
ratio
a pat
am.

conclusio
diuini
nulli
reperi-

Pater & filius vt inter se personaliter distincti præcise constituuntur paternitate & filiatione vt distincti vero ab spiritu sancto, essentialiter constituuntur spiratione actiua.

Ad 2. Tho. Arg. 1. d. 12. q. 1. Ordo naturalis præsuppositionis an in diuinis reperitur, & quomodo.

Durandus in diuinis esse ordinem naturæ præsuppositionis confitetur, nõ quidem formaliter, sed fundamentaliter

Præpositio per, se per denotat habitudinem principij in casu, cui adiungitur.



PONITVR VNICA distinctio. Illa præpositio per, semper denotat habitudinem principij in casu cui adiungitur, idque vel respectu agentis vt scilicet denotet id cui adiungitur esse rationem & causam alteri quod agat, vel respectu producti, vt scilicet significet id cui adiungitur esse illud quidē causam effectus propositi, hoc ipsum tamē ab agente consequatur. Priori modo, Præfectus dicitur gubernare regnū per regem. Nam rex est ipsi ratio, & causaregni gubernādi. Posteriori vero modo, rex dicitur regnum gubernare per præfectos suos. Etenim præfecti gubernant illi quidem regnū, hoc tamen ex rege consequuntur. Vnde nonnulli dicunt, hanc præpositionem, per, interdum dicere authoritatem in recto, vt cū dicitur, Rex per præfectos gubernat, interdum vero in obliquo, vt cum dicitur, præfectos per regem regnum administrare.

Cōclusio vnica. spiritus s. procedit à patre per filium

Hac ergo distinctione præmissa ponitur vnica conclusio. Spiritus S. procedit à patre per filium. Etenim filius spirat virtute accepta à patre, igitur pater spirat spiritū sanctum per filiū, procedit igitur spiritus sanctus à patre per filium.

D. Thom.

Caterum an ne vice versa dici possit, filiū spirare per patrem, quæstio est. D. Thomas negationem defendit. Nam hæc præpositio per, præterquam quod declarat habitudinē principij, significat etiā ordinem quendam, idque vel inter supposita, vel inter virtutes actiuas: quocirca secundum ordinem suppositorum agentium, rectē dicitur, Regem regnum gubernare per præfectos, secundū vero ordinem virtutū, contra dicuntur præfecti per regem gubernare, quia scilicet præfecti ex rege consequuntur vt gubernent. At inter patrem & filium ordo attenditur secundum supposita, non secundum virtutes, cum sit vna & eadem vtriusque virtus: ex quo efficitur, vt verē dicatur, patrem spirare per filium, vt qui medius inter patrem & spiritum sanctum intercedat, non tamen contra, filium spirare per patrem.

Durandus tamen reciprocari illam dicēdi formam existimat. Etenim hæc præpositio per, interdum dicit authoritatem in recto, interdum in obliquo. Cum ergo dicitur filius spirat per patrem, illa præpositio per, dicit authoritatem in obliquo, ac significat filium spirare spiritum sanctum virtute accepta à patre.

Dur. 1. d. 2. q. 3.

Obijci tamen cōtra potest. Filius aut operatur per patrem secundum ordinem suppositorum, aut secundum ordinem virtutū, non secundum ordinem suppositorum, siquidem pater non est media inter filium & spiritum persona, neque itidem secundum ordinem virtutum, quandoquidem eadem in patre & in filio virtus reperitur, eadēq; actio: quocirca bono sensu admittēda venit illa propositio.

Bono sensu est admittēda illa propositio, Filius spirat per patrem.

Est hoc loco magnopere aduertendum, quod si actio spirandi referatur ad vim spirandi, Pater & filius æque primum, & æque immediate producant spiritum sanctū, siquidem eiusdem ad seipsum nullū sit mediū, sin vero ad supposita ipsa spirantia referatur, sic pater spirat per filium, tum quia persona filij media intercedat inter patrem & spiritum sanctum, tum quia quod filius spiret, hoc ipsum ex patre consequatur.

Per relationem ad vim spirandi pater & filius æque primum producant spiritum sanctū, ac per relationem ad supposita nō item, sed pater spiret per filium id est, media te persona filij.

✠ QVÆSTIO. 4. ✠

Verum spiritus sanctus procedat à patre perfectius, quam à filio?



Adhuc in initio putamus distinctionem. Verbū illud, perfectius, aut idē valet, quod magis, aut idem declarat quod principalius. Ponitur ergo duplex cōclusio, Prior est huiusmodi. Pater non perfectius, hoc est, magis spirat spiritum sanctum, quam filius. Id vero ostenditur in hunc modū. Cum principium, cuius virtute aliqua producant vnū, non recipit contentionē, & remissionē, sed pari gradu perfectionis est in illis multis,

tum

spiritus sanctus procedit à patre quā à filio.

cōclusio spiritus sanctus procedit à patre quā à filio.

August.

Primum

secundus

Ad 1.

Ad 2.

spiritus sanctus non magis procedit a patre quam a filio. tum productum non est magis ab uno, quam ab altero, at virtus spirativa, cuius vi pater & filius producant spiritum sanctum, non est plenior, & maior in patre, quam in filio, sed eodem perfectionis gradu est in utroque, igitur spiritus sanctus non magis a patre producit, quam a filio. Minor ostenditur. Si vis spirativa esset perfectior in patre, quam in filio, illud profecto eveniret aut ex essentia, aut ex proprietate constitutiva personae, non ex essentia, siquidem una numero est in patre, & in filio, neque itidem ex proprietate constitutiva personae, siquidem proprietates constituens personam, in divinis non importat perfectionem, & excellentiam supra aliam personam.

que illa principalitas non attenditur penes aliquod absolutum: quod solum perfectionem declarat in divinis, sed penes relationem dantis, & accipientis. Pater siquidem principaliter spirat, quia spirat a se, & ut dans vim spirandi, filius autem minus principaliter, siquidem non spirat a se, sed virtute accepta ab alio, hoc est, a summo, & sempiterno patre.

Principalitas in divinis non attenditur penes aliquod absolutum, sed secundum relationem dantis & accipientis.

DISTINCTIO DECIMATERTIA.

Resolutio decimae tertiae distinctionis.

Decima tertia distinctione agitur a Magistro de processione per comparationem ad generationem, & tres propterea in hac distinctione a Magistro traduntur conclusiones.

Prima conclusio. Spiritus sanctus quavis procedat de substantia patris, non tamen dicitur natus, neque filius. Non dicitur natus, quia non procedit non quomodo natus, sed quomodo datus, id est, quia non procedit nascendo, sed ut donum: donum autem ex vi sua productionis, non procedit ut simile in natura, & ideo non nascitur. Nam quod nascitur ex vi sua productionis procedit ut simile in natura. Non dicitur filius, quia cum procedat a patre, & filio, si diceretur filius, esset utriusque filius patris, & filij: id quod absurdissimum est. Nullus enim duorum, nisi patris & matris est filius: iam autem inter Deum patrem, & Deum filium tale aliquid non est.

Secunda conclusio. Filius merito non solum genitus, sed & procedens dicitur, spiritus vero sanctus solum procedens, quoniam omne quod nascitur procedit ab eo ex quo nascitur, non tamen omne procedens iam

nascitur.

REFUTATIO CONCLUS.

Primo ita licet argumentari, per quod unum quodque tale est, & illud magis tale est: at filius est spirans per patrem, pater igitur magis spirat, quam filius.

Secundo, si pater principaliter spirat, quam filius: igitur pater magis aliquid habet, quam filius.

DILUTIO ARGUMENTORUM.

Ad primum respondetur, illud Aristotelicum pronuntiatum esse verum in ijs, quae eandem specie formam participant recipientem varios perfectionis gradus, iam vero pater & filius eandem numero formam, hoc est, vim spirandi participant, quae ipsa parem perfectionis gradum obtinet in utroque, ac proinde nihil firmitatis habet illa consecutio, filius spirat per patrem, igitur pater magis spirat.

Ad secundum negatur consecutio. Nam-

spiritus sanctus non magis procedit a patre quam a filio.

conclusio. Spiritus sanctus principaliter procedit a patre quam a filio.

Augusti.

Primum.

Secundum.

Ad 1.

Ad 2.

nascitur. Latius enim patet procedere, quam nasci.

Tertia conclusio. Si ingenitum priuat specialem modum procedendi, nempe per generationem, spiritus sanctus est ingenitus, id est, non genitus, neque accipiens esse per generationem. Sin vero absolute priuat processionem, ita quod idem significet quod non ab alio, sic solus pater est ingenitus, hoc est, a nullo procedens. Ita conciliantur inter se August. & Hieronymus, ut patet in litera.

✠ QVÆSTIO. I. ✠

Utrum generatio actiua, & spiratio actiua re ipsa distinguantur?



In distinctione decimater-
tia disputatur de pro-
cessione per compara-
tionem ad generationem
quæ ipsa cõparatio va-
riè efficitur? Aut enim

comparatur generatio actiua cum spiratione actiua, aut generatio passiva cum spiratione actiua: aut cõparatur generatio actiua cū spiratione passiva, aut generatio passiva cum spiratione passiva. Hæ igitur cõparationes sunt à nobis expendendæ ac tractandæ. Principio tractanda se se offert illa comparatio, qua generatio actiua in patre cum spiratione actiua comparatur. Quæritur igitur an ne generatio actiua, & spiratio actiua re ipsa distinguantur.

Ponitur conclusio negatiua, quæ est huiusmodi: Generatio actiua & spiratio actiua re ipsa minimè distinguuntur. Huic conclusioni illud imprimis fidè facit, quia omnis in diuinis realis distinctio ortum habet ex oppositione relatiua, quæ eadem ortum habet ex ordine originis vel directè, ut generatio actiua, & generatio passiva, vel

mediatè, & indirectè, ut generatio actiua, & spiratio passiva: itemque generatio passiva, & spiratio passiva: atqui inter generationem actiuam & spirationem actiuam nulla talis intercedit oppositio, siue habitudo relatiua, ut patet, igitur, etcæt.

Suffragatur secundo, quia quæcunq; aliqua in aliquo conueniunt realiter distincta, eidem conueniant necesse est, aut essentialiter, aut accidentario, si essentialiter, aut utrumque actus est, aut alterum est ut actus, alterum vero ut potentia, si utrumque est ut actus, sequitur ut persona patris non sit aliquid per se vnum, sed vnum per accidens: siquidè id quod constituitur ex multis actu existentibus est vnum per accidens, si alterum est ut actus, alterum vero ut potentia, efficitur ut persona patris sit composita ex actu, & potentia, id quod diuinæ excellentiæ, & simplicitati repugnat. Neq; itidem utrumque esse potest accidentariū: tum quia in Deum caderet accidens, iam vero in Deo nihil est inhærens, sed quodlibet est subsistens, tum quia pater ex generatione actiua essentialiter cõstituitur, igitur, etcæt. Alfonso 1. d. 13. q. 1.

Postremo hinc efficitur, non solum dari in Deo quaternitatem rerum distinctarum, verum etiam quaternitatem personarum, id quod in hunc modum ostenditur. Si diuina essentia poneret in numero reali cū personis, daretur quaternitas inter essentiam, & personas: At, de sententia aduersarij, spiratio actiua ponit in numero reali cum generatione actiua, itemque passiva, & cum processionem, datur igitur quaternitas rerum relatarum, at qualibet res in diuinis est subsistens, nihil enim ibi est inhærens: igitur in diuinis sunt quatuor personæ: contra quod tradit ecclesia extra de summa Trinitate, & fide catholica cap. Damnamus. Consecutio hinc intelligitur, quoniam suppositum est aliquid subsistens ab alijs distinctum. 1. d. 13. q. 1.

Hæc tamen ratio verius concludit dari in diuinis quaternitatem rerum relatarum, quam quaternitatem personarum: nempe cum

Generatio actiua & spiratio actiua nõ distinguuntur realiter.

Thom. 1. p. 4. 30. articul. 3. Item. q. 3. ar. 3. ad 3.

1. Dura di argu mentu
secund
Tertiu
quartu

cum persona non solum sit substantia subsistens, distincta ab alijs, verum etiam incommunicabilis, est siquidem persona incommunicabilis subsistentia: iam vero spiratio actiua comune quiddam est patri, & filio.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

1. Durandi argumentum.

HAEC cōclusio variè refutatur à Durando. 1. d. 13. q. 2. Principio itaque ita argumentatur Durandus. Quaecunque eidem respectu eiusdem minimè conueniunt, sunt inter se realiter distincta, At generare, & spirare ita se habent, etenim generare conuenit patri respectu filij, spirare vero conuenit eidem respectu spiritus sancti, igitur, etc.

secundū.

Secundo, relationibus specie differenti- bus respondent totidem relationes specie, vel quasi specie differentes: at generari, & spirari, sunt relationes specie, vel quasi specie differentes: igitur generare, & spirare, quæ eis ex altera parte respondent, sunt relationes reales specie, vel quasi specie realiter differentes.

tertium.

Tertio, ab vna actione immediate non potest proficisci nisi vna passio: atqui generari, & spirari sunt duæ passiones re ipsa distincta; & generari immediate proficiscitur à generare, quæ ad modum spirari ab spirare, igitur generare, & spirare nō sunt vna actio, sed duæ, quarum quæq; est illatiua suæ propriæ passionis immediate.

quartum

Quarto, quamuis idem relatione ad diuersa possit esse efficiens, & effectum, veluti pater, & filius, fieri tamen nulla ratione potest vt idem secundum rem sit relatio producentis & producti, etiam per relationem ad diuersa. Nam quamuis vnum numero suppositum sit pater & filius respectu diuersorum, sub alia tamen habitudine est pater, & sub alia filius: at generare & spirare sunt relationes producentis & producti in eodem, nempe filio, respectu diuersorum: non sunt igitur vna, sed duæ relationes distincta, ac proinde distincta emanationes. Namque par ratio est, & iudicium de relationibus & emanationibus.

Quintū?

Quinto, impossibile est vt duæ res absolute re ipsa differentes sint vnum realiter in aliquo absoluto: igitur & duæ relationes realiter differentes, ceu paternitas & filiatio, non possunt esse idere relata, aliqua relatione communi, ceu spiratione actiua.

His igitur argumentis Durandus in eam est sententiam adductus vt existimet, generare, & spirare in patre, vt sint idem re absoluta, nempe realitate essentia, esse tamen duore relata: ita scilicet vt sint duæ relationes reales re ipsa distincta. Neq; hoc, inquit, pugnat cum ecclesiae decreto extra de summa Trinitate: & fide catholica cap. damnamus, siquidem ecclesiae decreto explicite quidem damnatur diuinarum personarum quaternitas, concomitanter vero quaternitas rerum inter essentiam, & personas: non tamen quaternitas rerum relatarum re ipsa differentium: siquidem illud est ab omnibus theologis concessum esse quatuor relationes reales in diuinis.

Neque, est, inquit, quod dicatur, generare & spirare distingui sola ratione, tum quia, quæ sola ratione distinguuntur de se inuicem prædicantur, At generare & spirare de se inuicem minimè dicuntur, hæc siquidem falsa est, generare est spirare. Maior patet in diuinis attributis, sapientia enim & bonitas ob id de se inuicem prædicantur, quia ratione solum distinguuntur.

Præterea, pater est generatio actiua, & pater est spiratio actiua, igitur generatio actiua est spiratio actiua. Antecedens patet, quia quaecunque prædicantur in concreto in diuinis, prædicantur etiam in abstracto, At pater est generans, & spirans, igitur pater est generatio, & spiratio. Falsitas porro consequentis ex eo intelligitur, quia generatio, & spiratio sunt duæ relationes distincta in esse relatio, ac proinde ad diuersa necessariò terminantur.

DILVTIO ARGVMENTORUM.

AD primum igitur Durandi argumentū Ad 1. respondetur, illa vel distingui re ipsa,

N a vel

DISTINCTIONIS DECIMAETERTIAE

Generatio actiua & spiratio actiua distinguuntur in esse relatiuo, non tamen in esse rei, ita vt sint duae relationes reales, non autem duae res relatiuae.

Distigui in esse relatiuo importat esse duas relationes reales oppositas ab utroque relationibus realibus, non autem esse duas res relatiuas.

Ad 2.

Ad 3.

vel in esse relatiuo. Ita generatio actiua, & spiratio actiua, quamuis re ipsa minimè distinguantur, distinguuntur tamen in esse relatiuo. Sunt enim duae relationes, non quidem dualitate rei, sed dualitate extremorum, ad quae terminantur. Namque generare terminatur ad filium, spirare vero ad spiritum sanctum.

Contra arguitur vehementissimè. Spirare, & generare sunt duae relationes, igitur duae res relatiuae. Consecutio ex eo patet, quia cum relatio realis sit res relatiua, sequitur vt duae relationes reales sint duae res relatiuae. Negatur consecutio, Nam cum dicitur duae res, implicatur distinctio realis inter rem, & rem, quae in diuinis inter opposita solum relatiuè reperitur. Ex illo ergo antecedente illud solum conficitur, generationem actiuam, & spirationem actiuam distinguuntur in esse relatiuo: ita vt sint duae relationes reales, quae ipsae opponantur duabus relationibus realibus realiter differentibus, non autem duae res relatiuae. Sunt ergo generatio actiua & spiratio actiua vna res non solù realitate essentiae, verum etiam re relatiua.

Ad secundum respondetur, duabus relationibus disparatis respondere totidem relationes, necessario quidè distinctas in esse relatiuo, non tamen in esse reali. Generatio igitur actiua, & spiratio actiua, quamuis nō distinguantur in esse rei, distinguuntur tamen in esse relationis. Sunt enim duae relationes reales non realiter differentes, oppositae duabus relationibus realibus re ipsa differentibus, scilicet spirationi passivae & generationi passivae.

Ad tertium respondetur: Ab vna actione secundum rem, aequivalente tamen distinctis realiter actionibus, posse immediate proficisci passiones re ipsa distinctas. Sic autem se habet in re proposita. Namque generare, & spirare sunt vnum re: aequivalent tamen actionibus re ipsa distinctis. Id quod ex eo intelligitur, quia si essent actiones distinctae in patre inferrent passiones re ipsa distinctas: nunc autem cum sunt vnum re non

sunt minoris efficaciae.

Ad quartum respondetur, Fieri non potest vt idem sub eodem esse relatiuo sit relatio producentis, & producti, idem tamen, quod attinet ad esse rei, distinctum tamen in esse relationis, potest esse relatio producentis, & producti.

Ad quintum respondetur, cum illud absolutum non est idem numero in vtroque extremo, verum esse antecedens, secus autem si esset idem numero, iam vero spiratio actiua est eadem numero in patre, & filio: ac proinde possunt esse idem re cum illa.

Ad sextum dicitur, illud esse verissimū, quando illa ratione distincta non important habitudinem ad distincta realiter. Sic autem res habet in proposito. Nam generare, & spirare quāuis sint idem re, & sola ratione distinguantur, important tamen ex sua ratione formali habitudinem ad extrema realiter distincta. Ex quo efficitur vt quamuis in esse rei sint vnū, & idem, distinguuntur tamen in esse relationis, ac proinde vnum non potest dici de altero, alioquin si generatio actiua esset spiratio actiua, generatio terminaretur ad spiritum sanctum & spiratio ad filium. Caterū attributa, quia significantur absolute, neque importāt habitudinem ad distincta, idcirco possunt de se inuicem praedicari.

Ad septimum, negatur consecutio. Namque variè accipiuntur termini in antecedente, & consequente. In antecedente siquidem accipiuntur materialiter, & secundum identitatem realem: in consequente vero accipiuntur formaliter, & secundum proprias rationes relatiuas, quae sub nomine, & ratione diuinæ relationis distinguuntur. Namque relationum originis in diuinis, alia terminatur ad filium, & dicitur generatio, alia ad spiritum sanctum, & dicitur spiratio.

✠ QVÆSTIO. 2. ✠

Virum generatio passiva, & spiratio passiva re ipsa distinguantur?

Respon-

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6.

Ad 7.

Var
causae
plican
distinc
onis re
lis inte
genera
nem pa
uā, & p
cession
D.Tho

Generare & spirare de se inuicem minimè praedicantur, quia licet sint vnum re, distinguuntur tamen in esse relationis, & ideo important habitudinem ad terminos realiter distinctos.



Respondetur conclusionem affirmatiua, quæ habet in hunc modum. Generatio passiva, & spiratio passiva re ipsa distinguuntur.

De veritate conclusionis constat inter omnes theologos, sed de causa distinctionis minimè constat, cum variæ à varijs afferantur huius distinctionis causæ. D. Thom. 1. d. 13. q. 2. causam huius distinctionis attribuit diuersis modis procedendi scilicet per modum naturæ, & per modum voluntatis. Namque filius procedit per modum naturæ, vt qui vnus procedat ab vno, iam autem modus naturæ hoc habet vt vnum procedat ab vno, spiritus vero sanctus procedit per modum voluntatis, vt qui procedat à duobus, nempe à patre, & filio, eiusdem virtutis, gradus, & ordinis: iam autem modus voluntatis hoc habet vt vnum possit esse à multis eiusdem gradus, & ordinis, quorum quodque possit per se, illud effectum præstare.

Idem D. Thomas in responsione ad tertium, & quartum argumentum, distinctionem hanc expendendam esse existimat, penes principia, & fines ipsarum. Namque principium illatiuum generationis passivæ est essentia sub paternitate, illatiuum vero processionis est eadem essentia sub actiua spiratione. Porro finis, siue terminus generationis est filiatio, spirationis vero activæ, ipsa processio. At proprietates quæ se habent in diuinis vt principium, & terminus distinguuntur realiter propter oppositionem, igitur & ipsæ processionem re ipsa distinguuntur.

Cæterum, 1. p. q. 27. art. 3. & 4. causam huius distinctionis attribuendam putat ordini originis, qui inter has duas processionem intercedit. Namque processio spiritus sancti habet quemdam ordinem originis ad processionem verbi. Id vero sic ostenditur. De ratione amoris est vt procedat à conceptione intellectus, nihil enim diligitur nisi quod est mente conceptum: igitur processio amoris in sua ratione hoc habet

vt sit à processione verbi, Consecutio probatur, quia si principiatur est à principio, etiam processio vnus est à processione alterius.

Contra obijcit Scotus. Distinctio rationis, non est efficiens distinctionis realis, at intellectus, & voluntas, harum productionum principia, sola ratione distinguuntur, igitur non sunt causæ distinctionis realis. Respondetur D. Thomam non dicere distinctionem harum emanationum esse à distinctione intellectus, & voluntatis, sed ex rationibus vtriusque, illud enim dicit ens rationis, hoc ens reale.

Id vero quo melius intelligatur, notandum est ordinem originis inter amorem, & verbum, interque vtriusque processionem ex ratione principiorum, hoc est, intellectus, & voluntatis in principiata redundare, ac proinde consecutione quadam in processionem. Etenim inter intellectum & voluntatem nullus originis ordo intercedit. Cæterum de ratione intellectus, & voluntatis est, vt processionem, quæ sunt per actionem vtriusque, quendam inter se ordinem obtineant. Ita fit vt ordo hic originis insit radicaliter in principijs, formaliter vero in principiatis primum, deinde vero in processionibus.

Est illud præterea notandum, amor esse effectiue cum à re amabili concepta, tum ab ipsa voluntate. A voluntate quidem vt est res quædam, à re vero amabili, ceterum à re cognita. Amabile enim vt cognitum parit amorem, voluntas vero vt res. Cum igitur ait D. Thomas, amor procedere à conceptu, conceptus accipitur pro re amabili concepta, siue cognita. Cæterum conceptus procedit ab intellectu, & à re intelligibili, vt à duobus vim vnus agentis completi obtinentibus, & vt sunt quædam res, etc.

Egidius, 1. d. 13. q. 2. ait, hæc emanationes distinguuntur penes supposita, nempe quia fundatur in suppositis re ipsa distinctis: tum penes relationes, ad quas ordinantur. Etenim processionem distinguuntur penes extrema, iam vero

Ordo originis inter amorē & verbū interque vtriusque processionem ortū habet ex ratione principiorum intellectus scilicet & voluntatis

Amor procedit effectiue, cum à re amabili concepta, tum ab ipsa voluntate.

Egidius.

d 4.
d 5.
d 6.
generare
spirare
se inui
n mini
prædi
tur, quæ
et sine
um re,
tingu,
tur ta
n inef
elatio
& id
impor
habi
linem
ermi
reali
distia
s.
7.

Varia
causæ ex
plicantur
distinctio
nis rea
lis inter
generatio
nem passi
uam, & pro
cessionem.
D. Thom.

DISTINCTIONIS DECIMAETER TIAE

filiatio, ad quam ordinatur generatio passiva distinguitur re ipsa à proprietate spiritus sancti, quæ consequitur passivam spirationem. Cæterum hæc ratio non videtur id quod est propositum efficaciter concludere: partim, quia distinctionem harum emanationum sumit ex posteriori, nempe ex distinctione suppositorum, nos autem exquirimus causam huius distinctionis à priori: partim, quia ex re dubia id, quod versatur in cōtrouersia, vult esse persuasum. Etenim ex eo distingui spirationem passivam, & generationem passivam docet, quia genitum, & spiratum, ad quæ illa terminantur, re ipsa distinguuntur: id quod tamen dubium est, siquidem nullam inter se oppositionem includant.

scotus.

Scotus. 1. d. 13. q. 1. itemque Durandus ibidem. q. 2. hæc processionem putant distinguere seipsis. Id quod ita persuadent. Quæcunque re ipsa distinguuntur, aut sunt primo diuersa, aut ipsorum distinctio ad aliqua primo diuersa reuocatur. Sunt autem primo distincta illa, quæ se totis distinguuntur, illa primo se totis distinguuntur, quæ sic distinguuntur, vt in nullo predicato quidditatiuè conueniant, quo modo primæ in quoque genere differentia distinguuntur: at generatio & processio distinguuntur: igitur aut seipsis distinguuntur, aut ipsorum distinctio ad aliqua primo distincta reuocatur: at non sic reducitur, se ipsis igitur primo distinguuntur. Minoris probatio. Si distinctio harum emanationum reuocaretur ad aliqua primo distincta, ea vel essent supposita, nempe filius, & spiritus sanctus: aut relationes ipsæ quibus constituuntur: aut intellectus & voluntas, quæ sunt harum emanationum principia. Non supposita, namque supposita non sunt primo distincta, quandoquidem conueniunt in essentia, relatiuis autem proprietatibus distinguuntur. Non sunt relationes, nempe cum idem sit iudicium de relationibus, & processionibus, neque denique sunt intellectus, & voluntas, siquidem hæc ratione duntaxat distinguuntur, at

distinctio rationis non est efficiens causa distinctionis realis, generatio igitur & processio seipsis formaliter distinguuntur.

Huic tamen sententiæ illud apertissimè aduersatur, quia diuinæ processionem hæc conueniant in multis predicatis quidditatiuis, nempe quod sint processionem diuinæ, quod sint immateriales, non sunt igitur primo diuersæ.

Nobis placet distinctionem realem harum emanationum esse petendam vel ex ordine originis, siquidem omnis in diuinis realis distinctio sumatur ex oppositione, quæ ortum habet vel ex habitudine relatiua, vel ex ordine originis, idque directè, vel indirectè: vel certè sumenda est harum emanationum realis distinctio, penes principia & fines. Nam proprietates, quæ se habent in diuinis vt principia, & termini distinguuntur realiter propter oppositionem.

Authoris
sententia.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

AC processionem, & passivam generationem nullo modo realiter distinguere, hinc ostenditur. Nam aut distinguerentur ratione essentia, aut ratione relationis: nõ ratione essentia, quam includunt: siquidem in diuinis omnia sunt vnum essentia. Non ratione relationis, siquidem sola oppositio relatiua efficit distinctionem realem in diuinis: iam vero gigni, & spirari non opponuntur relatiuè.

Adde, quia omnis oppositio relatiua in diuinis ortum habet ex ordine originis, qui tamen nullus inter generationem passivam, & spirationem passivam videtur intercedere: nempe cum amor non illud sibi vendicat, vt à mentis conceptione procedat, quemadmodum vndecima distinctione docuimus igitur. etcat.

DILVTIO ARGUMENTORUM.

AD primum respondetur, emanationem illas duas non distinguere, neque interuètu essentia,

Generatio
passiva &
spiratio
passiva di-
stinguū-
tur ex or-
dine ori-
ginis.

essentia, neque interuentu habitudinis re-
latiuae, siquidem ad se minimè referantur:
sed interuentu ordinis originis: siue per op-
positionem, quæ sumitur ex origine. Ete-
nim spiratum per se est à genito, Namque
amor illud sibi vendicat in sua ratione, vt
ex mentis conceptione procedat: quemad-
modum iam supradiximus.

Generatio
actiua &
spiratio
passiua di-
stinguū-
tur ex or-
dine ori-
ginis.

Ad secundum hinc patet responsio. Ac
ob quam rationem generatio passiva, & spi-
ratio passiva distinguuntur, ob eandē om-
nino generatio actiua, & spiratio passiva
re ipsa distinguuntur, nempe propter or-
dinem originis. Namque inter generan-
tem, & spiratum ordo originis intercedit,
si minus per se & directè: certè indirectè, &
concomitanter, vt iam alibi docuimus.

DISTINCTIO DECIMA QVARTA.

¶ Resolutio decimæ quartæ
distinctionis.

HActenus de processione spiritus san-
cti ad intra disputatum est à Ma-
gistro, iam hac distinctione aggreditur Ma-
gister ad differendum de eiusdem spiritus
sancti processione ad extra: & ponit qua-
tuor conclusiones.

Prima conclusio. Duplex est processio
spiritus sancti, qua à patre, & filio proce-
dit, æterna una, qua à patre, & filio proce-
dit æternaliter, & sine tempore, tempora-
lis altera, qua ab utroque procedit in tem-
pore ad sanctificandam creaturam.

Secunda conclusio. Temporalis proces-
sio spiritus sancti est ipsa missio spiritus S.

Tertia conclusio. Spiritus sanctus mit-
titur non solum in dono suo creato, verum
etiam in seipso.

Quarta conclusio. Viri sancti dant illi

quidem spiritum sanctum, sed nō auctori-
tatiuè, sed ministerialiter, & impetratiuè.

DISTINCTIO DECIMA QVINTA.

¶ Resolutio decimæ quintæ di-
stinctionis.

Decima quinta distinctione ponun-
tur à Magistro quatuor conclusio-
nes responsiue ad quatuor similiter que-
stiones. Est igitur prima questio, *utrum*
spiritus sanctus seipsum donet? Huic que-
stioni respondet Magist.

Prima conclusio, quæ est huiusmodi.
Spiritus sanctus seipsum etiam dat. Pro-
bat Magist. Primum quia operatio Tri-
nitatis ad extra communis est, & indi-
uisa, deinde quia si spiritus sanctus seip-
sum dare non posset, aliquid pater, & fi-
lius possent, quod spiritus sanctus non pos-
set: postremo, quia filius missus est a se, igitur
& spiritus sanctus mittit, & dat se.
Ex quo fit, vt spiritus sanctus à se tem-
poraliter procedat.

Secunda questio est, *utrum* filius sit
missus, & à quibus, & quomodo sit mis-
sus? Cui respondet secunda conclusio
quæ ita habet. Filius cum à patre, tum à
seipso, & à spiritu sancto missus est. Hæc
porro missio filij est ipsa eius incarnatio,
quam tota Trinitas operata est.

Tertia questio est, *utrum* filius se mel-
tantum missus sit? an sæpius mittatur?
Cui questioni respondet Magister ter-
tia conclusio, interim præmissa distin-
ctione. Namque missio filij est duplex
visibilis una, quæ ipsa fuit eius incar-
natio, inuisibilis altera, per quam pijs

animatus illabitur. Penitur ergo tertia conclusio. Missione visibili semel missus est filius, quia semel incarnatus est, missione vero invisibili sepius, imo vero quotidie mittitur. Ac missione quidem visibili, missus est Dei filius ut esset homo, at missione invisibili mittitur, ut sit cum homine, ut auctor est Augustinus.

Quarta questio est, utrum patri conueniat mitti in tempore: Cui respondetur quarta conclusione, quae est huiusmodi. Pater neque missus legitur, neque mitti potest. Nam illa sola persona mittitur quae est ab altera, atqui pater à nullo est, cum sit fons, origo, & principium totius Deitatis. Ad commendationem ergo paternae auctoritatis in diuinis, Pater non dicitur missus, quauis visibiliter apparuerit. Neque tamen quia pater nunquam legitur missus est maior filio, & spiritu sancto: neque quia filius, & spiritus sanctus sunt missi, iam inde sunt minores. Nam mitti non pertinet ad minoritatem, quemadmodum neque mittere ad maioritatem, sed ad auctoritatem principij.

DISTINCTIO DECIMASEXTA.

¶ Resolutio distinctionis decimaseptae. ¶

IN hac distinctione Magister speciatim agit de missione spiritus sancti, tam visibili, quam invisibili. Quocirca ex littera Magistri colliguntur haec, quae subiunguntur, conclusiones.

Prima conclusio. Spiritus sanctus à patre, & filio, atque adeo à seipso duobus modis procedit, uno modo visibi-

liter, altero modo invisibiliter, quomodo quotidie fidelium mentibus illabitur.

Secunda conclusio. Aliter visibiliter missus est filius, & aliter spiritus sanctus. Nam filius creaturam, in qua visus est, assumpsit ad unitatem personae, ita enim accepit hominem, ut esset homo. At spiritus sanctus non sic assumpsit creaturam in qua apparuit, non enim sic accepit columbam, ut fieret columba. Unde non magis erat in columba, quam in alijs rebus, ad aliud tamen in his rebus erat, ut scilicet per signum visibile, & exterius monstraretur interior, & invisibilis spiritus sancti datio, & infusio.

Tertia conclusio. Filius assumpta natura humana minor patre dicitur, at spiritus sanctus accepta columba non sic dicitur. Cuius rei haec est ratio: quia filius sic assumpsit hominem, ut esset homo, at spiritus sanctus non sic accepit columbam, ut esset columba.

Quarta conclusio. Filius, quatenus homo, non patre solum, & spiritu sancto, sed seipso etiam minor est.

Quinta conclusio. Pater donantis auctoritate maior est. Neque iam filius eo quia accepit, minor est, siquidem illud ipsum accepit quod pater est. Unde dictum est. Ego, & pater unum sumus. Conclusio haec est D. Hilarij, pie tamen, & benigne accipienda.

¶ QVÆSTIO. I. ¶

An ne sit aliquatemporaria spiritus sancti processio?



Dhuc disputatum est de aeterna spiritus sancti processione: iam in sequentibus distinctionibus, nempe

XIII. XV. ET XVI. de temporaria eiusdem processione, cum invisibili, tum visibili disputatio instituitur. Hæc igitur prima statuitur conclusio. Est aliqua spiritus sancti temporaria processio. Probatio. Est aliqua processio personæ à persona ad sanctificandam creaturam interuentu alicuius doni creati: at huiusmodi processio est temporaria, est igitur aliqua processio spiritus sancti temporaria. Maior ostenditur, quoad primam partem, nempe quod sit aliqua processio personæ diuinæ in creaturam. Etenim diuina scriptura testatur personam diuinam, venire ad creaturam, iuxta illud Ioan. 15. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, iam ergo ita licet argumētari. Deus venit ad creaturam, aut igitur ratione sui, aut doni alicuius ipsi creaturæ tributi: nō ratione doni dūtaxat, ita enim eueniret: vt persona ipsa diuina non procederet, sed donū potius ab ea aliquod in creaturam procederet, veluti gratia, aut charitas: procedit igitur ratione sui: ita vt ipsamet persona diuina in creaturam procedat: quæ tamen processio semper est cum processione doni alicuius coniuncta: cuius interuentu creatura sanctificatur. Illa vero particula, ad sanctificandam creaturam, in hunc modum ostenditur. Nam persona diuina procedens in creaturam, aut procedit in ipsam, ceu in rem subiectam: aut veluti in rem obiectam: non tanquam in rem subiectam. Nam diuina persona cum sit subsistens in nullo inest tanquam in re subiecta, procedit igitur in creaturam tanquam in obiectum, vt scilicet diuina persona sit obiectum cognitū, & amatum à creatura, sitque præterea ipsam dirigens, & speciatim ipsius curam gerens: at hoc pertinet ad sanctificationem creature, est igitur aliqua processio personæ diuinæ ad sanctificandam creaturam. Postrema illa particula, nempe interuentu alicuius doni creati, sic ostenditur. Nūquam Deus se habet de nouo ad creaturam, quin creatura se habeat de nouo ad ipsum Deum, aliquid ab ipso Deo accipiendo: atqui Deus procedens ad creaturam sanctificandam se habet de

Diuina
persona pro
cedit in
creaturam,
& nō solum
ipsi
donum.

nouo ad ipsam, vtpote quia sit in illa obiectiue, hoc est, tanquam obiectum cognitū, & amatum, & modo aliquo, licet imperfecte, habitum, igitur & creatura habet se nouo modo ad ipsum aliquid recipiendo, siue illud sit aliquod habituale donū ipsum perficiens, & informans: siue motio aliqua & impulsio, per quam creatura excitatur ad cognitionem, & dilectionem Dei meritoriam. Ita maior propositio totius argumenti demonstrata est, superest vt minori propositioni fidem faciamus.

Processio temporaria duo complectitur, nempe exitum personæ à persona: & nouū quendam modum essendi in creatura, nempe vt obiectum cognitum, & amatum: hæc autem duo continet tanquam totum suas partes. Iam ergo ita licet argumētari. Illud totum cuius altera pars est temporaria, est temporale, nam totum nō est nisi omnibus suis partibus existentibus: at processio diuinæ personæ ad creaturam est quiddam totum includens duas partes, quarum vna est exitus personæ à persona, altera, nouo quodam modo esse in creatura, id quod temporarium est, totum ergo temporarium est.

Hinc iam perspicui potest definitio processionis temporariæ. Est siquidem temporalis processio exitus personæ à persona, ad sanctificandam creaturam, interuentu alicuius doni creati in anima infusi. Ita fit vt processio temporaria duas declaret habitudines, vnam procedentis personæ ad principium à quo procedit, alteram ad terminum, in quem procedit. Ac quoad priorem habitudinem processio temporalis est æterna, quoad posteriorem vero est temporalis. Nam extremum illud ad quod fit processio diuinæ personæ, est temporarium.

Temporalis processio quid est.

Processio temporalis importat duas habitudines.

REFUTATIO CONCLUSIONIS.

Quid quid procedit temporaliter incipit esse ex tempore, cum præsertim per talem processionem accipit esse, at spiritus sanctus non incipit esse ex tempore, vt interim sua processione accipiat esse à patre, & filio,

& filio, nullo igitur modo temporaliter procedit.

DILVTIO ARGVMENT.

MAior illa propositio est vera, cum procedens temporaliter accipit esse per talem processionem, qua temporaria est, iam vero spiritus sanctus accipit esse per talem processionem, non qua respicit terminum ad quem fit, nempe creaturam, unde habet quod sit temporalis, sed quatenus respicit principium à quo est, unde habet, quod sit aeterna.

✠ QVÆSTIO. 2. ✠

Vtrum processio temporalis ponat in numero cum aeterna?



EXPLICATUR questio posita distinctione. Nam processio temporalis potest spectari, vel quoad id, quod dicit interne, vel quoad id quod externe connotat, scilicet nouum modum essendi in creatura, vel effectum causatum in creatura.

Ponuntur ergo nonnullae conclusiones.
 Prima conclusio. Processio temporalis & aeterna sunt vnum & idem quoad interna, differunt tamen quoad connotata. Nam processio aeterna est exitus personae diuinae à persona, processio vero temporalis est illud idem, interim connotando nouum respectum Dei ad creaturam, hoc est, per modum obiecti cogniti, & amati.

Secunda conclusio. Processio temporalis & aeterna, non sunt duae res, neque temporalis processio adiungit aeternae rem aliquam, tametsi adiungat rationem quandam. Namque adiungit respectum quandam Dei ad creaturam, qui ipse, quod attinet ad Deum, est respectus rationis, quod vero ad creaturam attinet, est respectus realis.

Tertia conclusio. Processio temporalis quoad id quod connotat, ponit in numero rerum cum aeterna, vt non ponat in numero processionum. Prior conclusionis pars ex

eo ostenditur, quoniam processio temporalis connotat aliquod donum receptum in creatura, quod ipsum est res distincta ab ipsa processione. Hoc porro connotatum efficit, vt sit ordo quidam processionis temporariae ad aeternam, vereque dici possit, spiritum sanctum prius aeternae procedere, quam temporaliter.

Posterior vero conclusionis pars ex eo liquet, quia processio temporalis est illa met, quae est aeterna, vt patet ex secunda conclusione, interim connotando respectum Dei ad creaturam, qui ipse non semper fuit, sed certo tempore.

Hinc collige processionem temporalem quoad id, quod intrinsecè importat, esse aeternam, quoad id vero quod connotat extrinsecè, esse temporalem.

REFVTATIO CONCLUSIONIS TERTIAE.

Processio temporalis connotat effectum causatum in creatura, at hic effectus re ipsa distinguitur à processione aeterna spiritus sancti, igitur processio temporalis ponit in numero cum aeterna.

DILVTIO ARGVMENTI.

Dilutio huius argumenti iam patet ex tertia conclusione. Namque processio temporalis quoad id, quod connotat, ponit in numero rerum cum aeterna processione, licet non ponat in numero processionum.

✠ QVÆSTIO. 3. ✠

Vtrum per processionem temporalem datur spiritus ipse sanctus, & non solum dentur eius dona?



Vestio explicatur tribus conclusionibus, quarum haec est prima, Spiritus sanctus datur, & non solum ipsius dona tribuuntur. Huic conclusioni fidem facit scripturae autoritas. Dicitur enim Rom. cap. 5.

numero cum aeterna, licet non ponat in numero processionum.

Processio temporalis quoad intrinsecam est aeterna.

Processio temporalis & aeterna sunt vnum & idem quoad interna, differunt tamen quoad connotata.

Processio temporalis adiungit aeternae aliquam rationem

Processio temporalis quoad id quod connotat, ponit in

Spiritus sanctus datur, & non solum eius dona.

Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Apertè his verbis testatur D. Paulus diuinitus nobis dari cum spiritum sanctum ipsum, tum ipsius dona: diuerso tamen modo vtrumq; nobis datur. Nam spiritus sanctus datur nobis obiectiue, id est, vt sit obiectum cognitum & dilectum à nobis, specialisque rector, ac defensor nostri, at dona ipsius dantur nobis subiectiue, hoc est, vt in sint in animo, ipsūq; perficiāt & exornēt.

spiritus sanctus ipse datur nobis obiectiue, at ipsius dona dantur nobis subiectiue.

secundū dona naturalia datur spiritus sanctus imperfectè, perfectiū vero secundū dona gratiæ, perfectissimè vero secundū dona gloriæ.

Licet Deū onis creaturæ rationalis sit rector, & prouisor, iustorum tamen est specialis rector, & prouisor.

Licet spiritus sanctus & ipsius dona simul tēpore dantur, ordine tamen naturalis dispositionis, dona naturæ & gratiæ antecedunt missiōnem spiritus sancti.

Hinc iam duo intelliguntur, & quod soli naturæ ei, quæ mentis est particeps datur spiritus sanctus, imperfectè quidem secundū dona naturalia, perfectius vero secundū dona gratiæ, perfectissimè vero secundū dona gloriæ, nempe quia hæc sola possit tēdere in Deum sicut in obiectum cognitum, & amatum, & quod Deus omnis creaturæ rationalis sit rector, & prouisor, nēpe quia sit omnis in sempiternam beatitudinē ordinabilis, multo tamen specialius electis cōsulere, resque ipsorum curare.

Secunda cōclusio. Spiritus sanctus, & dona gratiæ simul tēpore dantur. Probatio. Dari spiritum sanctum ipsi creaturæ est ipsum spiritum sanctū procedere ad sanctificandam creaturam: at hæc sanctificatio efficitur interuentu alicuius doni gratuiti infusi, & animū informantis: igitur simul tēpore datur spiritus sanctus, & eius habituale donum. Minor iam patet ex supradictis.

Tertia conclusio. Ordine naturæ, hoc est, ordine naturalis dispositionis dona naturæ & gratiæ antecedunt missiōnem spiritus sancti. Namq; spiritus sanctus non immititur aut infunditur nisi animis præparatis, quæ præparatio gratiæ interuentu perficitur, at dispositio naturæ ordine antecedit formam, igitur dispositionis ordine dona naturæ, & gratiæ antecedunt dationem spiritus sancti.

✠ QVAESTIO. 4. ✠

Vtrum diuina persona conueniat mitti?



Pro explicatione quæstionis initio explicandū est, quid sit missio, id quod colligendum est ex rebus creatis, ex quibus nomina ad diuina transferuntur. Missio

igitur in creaturis exitum declarat rei missæ à mittente: mittēte, inquam, vel per imperium, quo modo seruus mittitur à domino, vel per authoritatē, quo modo legatus mittitur à rege, vel ex cōsilio, quo modo ex senatus consulto rex mittitur ad bellū gerendum, vel per vim, quo modo lapis mittitur à proiiciente, vel per originē, quo modo flores ab arbore emittuntur. Ac his modis omnibus fit quædam separatio rei missæ à mittente cum locali motione. Significat præterea missio terminum ad quem res mittitur, in quo vel apud quem incipit esse de nouo. His etiam modis omnibus fit quædam acceptio potestatis, vel authoritatis, vel virtutis: qua efficitur vt id, quod mittitur, agat quid, aut patiatur. Est igitur missio in toto genere quædam alicuius ab aliquo accipientis ab eo vim, authoritatem, potestatemue, processio.

varij missiōnis modi explicantur.

Quid est missio?

Quoniam vero ea, quæ creatis rebus conueniunt, diuinis attribuuntur sublatis imperfectionibus, hinc efficitur vt missio diuina sit processio personæ diuinæ à persona, ad sanctificandam creaturā, accepta pari virtute, & potestate citra omnem separationē, & localem mutationem.

Missio diuina quid est.

Hinc iam intelligitur diuinam missiōnem duo complecti, & exitum personæ à persona, & effectum causatum in creatura, cuius interuentu, persona diuina de nouo est in creatura, vel obiectiue, vt cum sanctificatur creatura, vel terminatiue, vt cum creatura assumitur ad vnitatem diuini suppositi, vel repræsentatiue, veluti cū diuina persona sub aliqua forma aspectabili cernitur, vt spiritus sanctus sub forma, & specie columbæ, & sub linguis igneis.

Diuina persona de nouo est in creatura, vel obiectiue, vel terminatiue, vel repræsentatiue.

His ita expositis subiungimus nonnullas cōclusiones. Prima conclusio. Missio cōuenit diuinæ personæ. Probatio. Missio declarat sū originem, tum acceptionē quandam potesta-

potesta-

DISTINCTIONIS XIII. XV. ET XVI.

potestatis, & virtutis, at est aliqua persona diuina, quæ ducit originem ab altera, à qua accipit parem potestatem, & virtutem, igitur illa persona potest mitti. Confirmatur testimonio scripturæ Ioan. 8. quo loco ita scriptum legitur. Neque à me ipso veni, sed pater meus ille me misit. Itē Galat. 4. Vbi venit plenitudo tēporis misit Deus filiū suū.

Hinc intellige, missionē in diuinis personis non dicere superioritatem, aut excellentiam in mittente, aut inferioritatem in persona missa: sed authoritatem quandam principij mittentis in ordine ad personam missam.

2. conclus. Missio diuine personæ est duplex. Missio visibilis & inaspectabilis. Missio aspectabilis adiūgit missioni absolutē signū visibile duntaxat: sicq; definitur, vt esse dicatur exitus personæ à persona sub specie visibili & externa, missionis inuisibilis, & personæ declaratiua, cuiusmodi fuit columba, quæ in Christi baptisate visa est: cuiusmodi etiam fuere lingua illa ignea, quæ è cælo delapsa, apostolorum capitibus infederunt. Porro prior illa particula missionem secernit ab apparitione. Nam apparitio est personæ diuinæ in signo visibili manifestatio, quæ etiam conuenire potest patris personæ. Etenim & diuinus pater apparuit in voce è cælo demissa. At missio soli personæ ei conuenit, quæ procedit, veluti filio, & spiritui sancto: quorum vterque missus aspectabiliter est: filius quidē sub specie humana, spiritus vero sanctus sub forma, & effigie columbæ, & ignis.

Missio inuisibilis quid est. Porro missio inuisibilis ita definitur vt esse dicatur, processio personæ à persona ad sanctificandam creaturam solo opere interno, nullo externo signo adhibito internæ actionis manifestatio.

Mittitur filius per dona perfecti intellectū spiritus. Hæc vero missio inuisibilis cum filio, tum spiritui sancto conuenit. Ac tilius inuisibiliter mitti dicitur, cum dona ea diuinitus dantur, quæ mentem hominis perficiunt, nempe cum dona huiusmodi attribuuntur filio, qui ipse procedit per modum intellectus. Mittitur vero spiritus sanctus, cū dan-

tur dona ea, quæ perficiunt voluntatē, velut charitas & gratia, quandoquidem dona huiusmodi attribuuntur spiritui sancto qui idem procedit per modum voluntatis.

Si quæras, vtrū missio inuisibilis filij discernatur à missione inuisibili spiritus sancti, respondetur, quoad existentiam minime seiungi, siquidem nunquam mittatur spiritus sanctus, quin etiam mittatur & filius. Nam cum amori præponatur cognitio, fit vt donis etiam, quæ ad voluntatem pertinent, præponantur dona, quæ intellectū perficiunt, ea scilicet quæ necessariò gratiā coexigūt, vt sapientia & intellectus, distinguuntur tamen re ipsa missio filij, & missio spiritus sancti, quoad id, quod & interne, & externe important. Etenim missio interne includit exitū personæ à persona, at exitus filij re ipsa distinguitur ab exitu spiritus sancti, igitur missio filij, & missio spiritus sancti quoad id, quod interne continent, re ipsa distinguuntur. Missio præterea spiritus sancti, quod attinet ad effectum quæ connotat, per quandam accommodationem, ordinatur ad gratiam, & charitatem infundendam. At missio filij ordinatur ad sapientiā infundendam, iam vero charitas, gratia, sapientia, dona sunt diuina re ipsa distincta.

Tertia conclusio. Missio aspectabilis, & missio inaspectabilis, partim conueniunt inter sese, & partim differunt. Conueniunt siquidē, quia vtraque conuenit personæ procedenti. Vtraque etiam ad sanctificationis gratiam diuinitus cōparatur. Differunt tamen, quoniam missio inaspectabilis diuinitus ad gratiam hominis personalem præcise comparatur. At missio aspectabilis cōparatur illa quidem ad gratiam personalem, non tamen præcise, sed per relationem ad alios, vt scilicet illa personalis gratia in alios etiam redūdet, id quod fit vel maxime, diuinorum eloquiorum explicatione, sacramentorū administratione. Et ob hanc causam signum visibile exterius adhibetur, ad confirmandam scilicet doctrinā, quæ sensum, humanumq; captum ingenij superat.

Hinc iam nonnulla intelliguntur, in quibus

sanctus mittitur per dona perfecti voluntate.

Nunquam mittitur spiritus sanctus quin etiam mittatur filius.

2. conclus.

Missio visibilis ordinatur ad gratiam personalem non præcise, sed in ordine ad alios, at inuisibilis ordinatur ad gratiam personalem præcise.

Decuit ut ad Christum & ad ipsos apostolos fieret missio invisibilis. bus illud est primum, decuisse scilicet ut ad Christum Opt. & Max. fieret missio aspectabilis, utpote cui omnium maximè erat adhibenda fides: & cuius gratia erat in alios redundatura. Ob quam causam etiam ad Christi Apostolos facièda fuit missio aspectabilis, ut qui essent hinc inde homines ad cœtum ecclesiæ conuocaturi.

Secundo hinc intelligitur, non debere modo fieri visibilem missionem ad ecclesiæ perfectos: quandoquidem ea, quæ ad fidem pertinent, satis superque sint hominibus probata, atque persuasa: neque opus est adhibere probationem, sed ex probatis procedendum est, etcæt.

Ad formam non est faciendâ missio invisibilis. Tertio colligitur, ad fœminas fieri non debere missionem aspectabilem, nempe quarum gratia non sit in alios diffundenda: quandoquidem non licet illis diuina eloquia explicare, ut ait Apost. 1. Timoth. 2.

Postremo, illud est cõsequens ante Christi aduentum non fuisse faciendam missionem visibilem. Namque missio visibilis est signum plenitudinis gratiæ in alios diffundenda: at ante Christi aduentum nondum erat tempus plenitudinis gratiæ, sed illud incepit in aduētu Christi, ut ait Apost. ad Galat. 4. igitur, etcæt.

Q V A E S T I O . 5 .

Utrum diuina persona seipsam mittat, aut mittatur ab ea, à qua non procedit?



Existit tamen hoc loco questio haud contēnenda, utrum scilicet persona diuina mittat seipsam: aut mittatur ab illa, à qua non procedit.

Durandus adhibendam existimat distinctionem. Etenim si missio accipiatur latius, nempe prout significat dationem quãdam, siue liberalem communicationem, diuina persona mittit seipsam & quamlibet aliam, etiã ab ipsa minimè procedentē. Dat enim sese diuina persona, seq; diuinæ personæ

mutuo donant. Sin vero accipiatur pressius, prout scilicet importat exitum personæ à persona, accepta pari potestate, & virtute, hoc modo nulla diuina persona seipsam mittit neq; mittitur ab ea, à qua non procedit.

D. Thomas. 1. p. q. 43. art. 4. hac vritur distinctione. Cũ in missione cõtineatur ratio principij, hæc ratio conuenit mittenti duobus modis, vel in ordine ad personam missam, vel in ordine ad effectum, quæ persona missa operatur. Priori modo nulla persona mittit seipsam, neque mittitur ab ea, à qua non procedit. Posterio vero modo qualibet diuina persona mittit, siquidẽ quælibet diuina persona sit principium effectus visibilis, aut inuisibilis ad quem missio cõparatur. Namque authore August. operatio Trinitatis ad extra est indiuisa, & communis. Egidius. 1. d. 15. q. 5. Heru. q. 2.

Obijcit tamen Duran. Si ut persona dicatur mittens, satis est ut sit causa effectus ad quem missio ordinatur: sequitur ut mittere nihil sit aliud, quam nouum effectum in creatura causare: ac proinde ex opposito, diuinam personam mitti, sit effectum causari in creatura, cuius interuētu diuina persona dicitur esse nouo modo in creatura. Quare cum diuina persona patris in aliquo effectu sit demonstrata, nempe in voce è cœlo delapsa, sequitur patrem fuisse missum, at pater æternus nusquam legitur fuisse missus: relinquatur igitur mittere non esse solũ effectum causare, & mitti effectum causari in creatura.

Scotus. 1. d. 15. q. 1. hanc adhibendam putat distinctionem. Mittere aut idem significat quod personam procedentem manifestare, aut idem significat, quod vim largiri, & potestatem. Priori modo cui libet personæ conuenit mittere, nempe cum illa operatio manifestatiua sit cõmunis sacre trinitati. Posteriori vero modo, illa solum persona mittit, cui conuenit authoritas principij respectu alterius personæ.

Nos hanc questionem hisce propositionibus explicandam putamus. Prima propositio. Si accipiatur mittere pro datione, siue



D. Thomæ

Egidius. Heruæus

scotus.

scotus.

Mittere cōmuni-ter cuilibet personæ conuenit. sive communicatione, siue manifestatione personæ, siue pro effectus causatione, mittere conuenit cuilibet personæ, ita scilicet vt persona illa metiam mittat, quæ ab ipsa nō procedit. Hoc modo spiritus sanctus mittit filium, quem non producit, diuina etiā persona se mittit.

Missio proprie non conuenit cuilibet personæ. Secunda propositio. Si accipiatur missio proprie, vt scilicet idem significet mittere, quod authoritatem dare, siue effectum causare interuentu personæ à mittente procedentis, hoc modo neq; persona diuina mittit seipsam, neque illam, quæ ab ipsa minimè procedit. Etenim neque diuina persona originem ducit à seipsa: neque ab ea, à qua non procedit, potestatem accipit, & virtutē.

Pater mittit, & nō mittitur. Hinc collige, patrem à nullo mitti, nempe qui à nullo procedat, mittit tamen, propterea quod diuinæ personæ originē, & virtutem per originem largiatur. Filius vero cum mittit, tum mittitur: mittit quidē, quia habet authoritatem principij respectu spiritus sancti, mittitur vero, quia ab alio, nempe à patre procedit. Spiritus vero sanctus, vt mittatur solū, non mittit tñ, accipiendo mittere proprie. Mittitur quidem quia à patre, & filio procedit, ac proinde ab vtroq; mittitur: nō mittit autē, siquidē respectu nullius personæ diuinæ habeat authoritatē principij.

Spiritus vero sanctus mittitur solū nō mittit. Tertia propositio. Omnino autem sic habendum est, quod quamuis cuilibet diuinæ personæ conueniat mittere, si modo accipiatur latius, mitti tamen solū videtur attribui personæ procedenti, nempe cum persona non procedens nusquam legatur missa. Ex quo efficitur vt hæc propositiones minimè videantur recipiendæ, pater mittitur à filio, pater mittitur ab spiritu sancto.

Mitti solum attribuitur personæ procedenti. Postremo notandum est, processione, missionem, & dationem inter se magnopere differre. Namq; processio significat exitū personæ à persona, vel præcise citra respectum ad vltiorem terminum, quo modo filius à patre, & spiritus sanctus ab vtroq; ex aternitate procedit, vel cum respectu ad vltiorem terminum, vnde habet processionem, quod dicatur temporaria. Caterum missio

Processio quid. Missio qd. sio significat exitum personæ à persona, & hætenus conuenit cum processione, non præcise tamen, sed connotando nouū effectum in creatura, & hætenus differt à processione, quæ potest conuenire diuinæ personæ citra omnem respectum. Datio vero originem quidē nullam declarat rei data ab ipso danæ, vnde persona diuina donat se ipsam tanquam cognitum, & amatū obiectum. Caterum nouum effectum semper connotat, penes quem attenditur datio, & hætenus conuenit cum processione, & missione. Hinc intellige dari & mitti conuenire diuinæ personæ semper in tempore; at procedere vtroque modo.

✠ QVÆSTIO. 6. ✠
Vtrum res illæ, in quibus apparuit spiritus sanctus fuerint veræ res, an non?

✠ QVÆSTIO. 6. ✠

Vtrum res illæ, in quibus apparuit spiritus sanctus fuerint veræ res, an non?

Distinctione explicatur questio. Etenim res veræ dicuntur duobus modis, vno modo vt idem significet, quod res extra animum, intellectum scilicet, aut imaginationē, altero modo vt sint reuera tales, quales apparerent extra.

Ponitur ergo prima conclusio, in qua omnes theologi conspirant. Species visibiles, sub quibus visus est spiritus sanctus, fuerunt veræ res extra animum, & non verarū rerum solum similitudines. Probatio. Missio spiritus sancti ex eo dicitur visibilis, quia signo visibili perficitur, sed apparitio imaginaria non fit proprie sub signo visibili, igitur species illæ, sub quibus effecta est visibilis missio spiritus sancti, fuerunt veræ res, & non solum rerum similitudines, per quas fiebant visiones prophetiæ, quæ propterea visiones imaginariæ dicuntur.

Præterea, visibilis spiritus sancti missio ad hoc fit, vt homines intelligant eos, ad quos fit missio huiusmodi, habere gratiæ plenitudinem, atq; abundantiam, at si species illæ, per quas fit huiusmodi missio, nō essent veræ res extra animum, hoc homines non possent

Datio qd.

Nota.

D. Tho.

August.

1. conclus.

Durād.

possent agnoscere, igitur, et cetera. Minor ostenditur. Nam aut illae species essent solum in imaginatione eius, ad quem fit missio, aut in imaginatione adstantium: si prius illud dicitur, sequitur ut homines non agnoscant plenitudinem gratiae eius, ad quem fit missio, sed is solum agnosceret ad quem fit missio, & ideo spiritus sanctus ei soli appareret, id quod non congruit curatione visibilis missionis. Sin vero illud posterius dicitur, sequitur ad adstantes solum fieri missionem, & non ad alios, relinquatur igitur species illas, per quas fiunt visibiles missiones, esse veras res extra animum.

Ceterum fuerint verae res tales, quales apparuerunt, & exhibitae sunt oculis hominum, magna quaestio est. D. Thomas. 3. p. q. 39. art. 7. Omnino putat columbam illam, sub qua visus est spiritus sanctus, fuisse veram columbam, motus & adductus Augustini auctoritate in libro de Agone Christiano cap. 22. quo loco sic ait. Neque hoc ita dicimus, ut dominum Iesum Christum dicamus solum verum corpus habuisse, spiritum sanctum autem fallaciter apparuisse oculis hominum, sed ambo illa corpora, vera corpora credimus. Subiungit mox rationem Aug. sicut enim non oportebat, ut homines falleret filius Dei, sic non decebat ut homines falleret spiritus sanctus. Cum igitur Dei filius verum corpus & non phantasticum assumpserit, sequitur ut spiritus sanctus etiam sub specie, ac forma verae columbae apparuerit. Neque fuit difficile, inquit Augustinus, omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturam de nihilo condidit, verum corpus columbae sine aliarum columbarum ministerio figurare, sicut ei non fuit difficile verum corpus in utero Mariae sine virili semine fabricare.

Alijs tamen contra visum est, in quibus est Durandus. 1. 5. d. 16. q. 3. quam eandem sententiam aliquando habuit D. Thomas. 1. 5. d. 16. art. 3. ad tertium, ita de istorum sententia, columba, sub qua visus est spiritus sanctus, non fuit verum animal, sed similitudo quaedam colubae in aliqua materia demonstrata, & oculis hominum oblata, quae statim,

ac ministerium illud expleuit, in materiam ex qua fabricata est, resoluta est. Ac huius rei causa sumitur ex fine propter quem fit visibilis missio, est autem ille, ut ostendatur, eum ad quem fit missio habere gratiae abundantiam ad praedicationis doctrinam alijs impertiendam, & ad ministeria sacramentorum obeunda: at hoc aequè demonstrari potest per species rerum in aliqua materia ostensas, atque per res veras, quales apparent, igitur non fuit illud necessarium, ut species visibiles, sub quibus visus est spiritus sanctus, fuerint res verae tales, quales apparebant, sed satis fuit, ut essent res verae extra animum existentes.

Nobis haec sententia probatur, ut quae sit & rationi, & scripturae magis consentanea. Ac ratio quidem iam explicata est, scripturae vero testimonia aperta sunt. Omnes siquidem euangelicae historiae scriptores, cum de huiusmodi speciebus visibilibus loquuntur, adiungunt has particulas, quasi, tanquam, sicut, quibus significatum esse voluerunt, non fuisse illas res tales, quales apparuerunt, sed earum similitudines, extra animum tamen existentes. Matthaeus siquidem & Lucas dicunt sicut columba, Marcus ait, tanquam columba, Ioannes, quasi coluba, quibus verbis significant non fuisse columbam illam, veram columbam, sed similitudinem colubae. Et confirmatur, quia spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, non veris illis quidem, sed speciem ignis, & linguarum praesentibus, id quod omnes asserunt, igitur & sub specie, ac similitudine columbae apparuit, & non columba vera apparuit. Conclusio firma est, quoniam utrobique scriptura eadem dicendi forma utitur.

Quocirca iam secunda statuitur conclusio. Species illae visibiles, sub quibus visus est spiritus sanctus, non fuerunt res tales, quales apparuerunt, sed rerum talium similitudines extra animum existentes, & oculis oblatae mortalium. Conclusio iam est demonstrata, cum ratione, tum scripturae auctoritate.

Neque tamen hinc euenit aliqua fictio, siqui-

Matth. 3.
Marc 1.
Lucæ. 3.
Ioan. 1.

Actu. 2.

2. conclus.

siquidem huiusmodi apparitiones non fiāt ad ostendendam veritatem rerum, quae apparent, sed ad mysteriū aliquod gratiae declarandum, quod satis superq; declaratur, sumendo res veras illo modo. Neque est par ratio in Christi humanitate, & in colūba. Nam Christus assumpsit naturam humanam ut esset homo, ac proinde oportuit ut assumeret verum, & non phantasticum corpus, ac spiritus sanctus non assumpsit columbam, ut esset columba, sed ut mysterium gratiae designaret, ac proinde non oportuit ut in vera, & non phantastica columba appareret. Vide Caietanum 3 p. q. 39. artic. 7.

DISTINCTIO

DECIMAE SEPTIMAE.

¶ Resolutio distinctionis decimae septimae.

Distinctione decimaseptima differit Magister de missione invisibili spiritus sancti, declarans quemam illa sit, & quomodo fiat. Quocirca Magister in hac distinctione ponit tres conclusiones, quarū prima est praebambula, reliquae vero quasi corollariae.

Prima conclusio. Spiritus sanctus est charitas, & amor quo nos Deum, & proximum diligimus, quemadmodum & ipse idem spiritus sanctus est amor quo pater & filius & se inuicem amant, & nos.

Hanc conclusionem Magister multis & scripturarum, & sanctorum auctoritatibus confirmare, & persuadere contendit.

Secunda conclusio. Spiritus sanctus tunc datur, & mittitur, cum nos facit diligere Deum, & proximum.

Tertia conclusio. Haec propositio, Deus charitas est, quae habetur. 1. Ioan. 4. non est

causalis, quemadmodum est haec, Deus est patientia mea, & haec, Deus est spes mea, sed formalis, quemadmodum & ista, Ioan. 4. Spiritus est Deus.

Obijcit tamen Magister variè contra primam conclusionem, & obiecta diluit.

Ad extremum mouet Magister duas quaestiones. Prior quaestio. Cur spiritus S. non dicitur mouere ad credendum, quemadmodum dicitur mouere ad diligendū? Respondet, quia spiritus sanctus operatur actiones illas in nobis, mediantibus virtutibus, actum quidem credendi mediante fide, actum vero sperandi, mediante spe. At actum charitatis, quia excellentior est, operatur in nobis immediate, hoc est, per seipsum.

Secundo querit, utrum dona Dei per donum, hoc est, spiritum sanctum, hominibus distribuatur? Respondet ita esse. Hoc tamen interest, quoniam ipsum donum, a quo dona diuiduntur, omnes boni habent, ipsa vero dona non omnia omnes habent, sed singulis propria distribuuntur.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum ad diligendum Deum meritorie necesse sit ponere charitatem habitualem in animo inherentem?



Magister existimauit actionē dilectionis meritoriae elici immediate ab spiritu sancto, id est, non interuentu alicuius charitatis habitualis animi informantis, idē propter ipsius charitatis summam praestantiam, & excellentiam. Hanc porro sententiā hoc argumēto persuasit.

persuasit. Spiritus sanctus est charitas, igitur actio dilectionis meritoriae immediate elicitor à spiritu sancto. Antecedenti fidem facit, cum diuinæ scripturæ authoritas, dicitur enim 1. Ioan. 4. Deus charitas est: tum etiam ratio, in diuinis siquidem donis, quæ homini tribuuntur, charitatis donum est omnium præstantissimum, vt quod efficiat effectus præstantiores: atqui in donis, quæ homini diuinitus donantur, spiritus sanctus est summum, ac præstantissimum donum: vt qui efficiat vt homo in Deo maneat, & Deus in eo, relinquatur igitur spiritum sanctum esse charitatem.

1. Ioan. 4.

Ex Magistri sententia quatuor colliguntur.

Ex hac Magistri sententia quatuor colliguntur. Illud est primum spiritum sanctum esse charitatem, qua Deum & proximum diligimus.

Secundo colligitur, Tum dari nobis spiritum S. cum Deum, ac proximum diligimus.

Tertio illud colligitur in homine Deum diligere charitatem increatam necessario requiri.

Postremo illud efficitur, charitatem quoque creatam in homine reperiri, vt charitas referatur non ad habitum informantem, sed ad actionem dilectionis elicitam, qua Deus ipse diligitur.

Durandus 1. sent. d. 17. q. 2.

Cæterum hanc Magistri sententiam variè interpretantur Theologi. Durandus existimat Magistrum voluisse dicere, actionem diuinæ dilectionis immediate proficisci à spiritu sancto, citra concursum habitus alicuius informantis voluntatem, voluntatem vero ipsam mere passiuè concurrere, hoc est, vt subiectum recipiens illam spiritus S. actionem.

D. Thom.

D. Thomas. 22. q. 23. articul. 2. hoc eodem modo Magistri sententiam interpretatur. Namque ex Magistri sententia illud consequi dicit, vt dilectio Dei non esset voluntaria, nempe cum voluntas respectu dilectionis esset mota non mouens: iam vero voluntarium est, cuius principium inest in ipso, contra vero in voluntarium, cuius principium inest in altero.

Egidius 1. d. 17. q. 2.

Egidius Romanus Magistri sententiam sic interpretatur vt dicat actionem dilectionis proficisci illam quidem cum ab spiritu sancto, tum à voluntate: à voluntate quidem,

tanquam à principio elicente, à spiritu sancto vero, tanquam à forma, non quidem informantem, sed assistentem, & cooperantem ipsi voluntati ad susceptionem huiusce actionis. Existimat enim Egidius quod quemadmodum Deus coniungitur intellectui beato lumine gloriæ perfuso, & eleuato, efficiturque quasi forma ipsius intellectus, non quidem informans, sed assistens, & mouens, efficiensque vt intellectus creatus citra concursum speciei representantis valeat ad conspectionem diuinæ essentiae: sic etiam voluntas habitu gratiæ eleuata, sui cum Deo coniunctione, citra concursum alterius habitus, hoc consequitur vt possit elicere actionem dilectionis meritoriae.

Ita iuxta hanc interpretationem non excludit Magister omnem habitum supernaturalem informantem, sed adhibendum illum censet potius, nempe gratiam, cuius interuentu spiritus sanctus in animo inhabitat. Cæterum voluntas sic eleuata, & Deo per gratiam coniuncta, hac sola coniunctione citra omnem habitum medium, qui sit elicitiuum principium, elicit actionem dilectionis meritoriae. Si qua ergo forma, si quis habitus in animo ponitur, ponitur ille quidem non ad elicendum: sed ad eleuandum & coniungendum animum cum Deo, vt sic coniunctus animus possit actionem dilectionis suscipere.

Scotus. 1. d. 17. q. 2. existimat Magistrum discrimen ostendere inter actum dilectionis, & actum, fidei, & spei. Nam spiritus S. mouet ad credendum, & sperandum interuentu alicuius alterius habitus distincti ab eo cuius interuentu ipse in animo inhabitat. Ad credendum siquidem mouet interuentu habitus fidei: ad sperandum vero interuentu habitus spei. At ad diligendum mouet non per alium habitum distinctum ab eo, cuius interuentu in animo inhabitat. Huius porro discriminis hæc causa redditur, quoniam actiones fidei, & spei sunt imperfectæ: ac proinde suscipiuntur ab agente interuentu alicuius alterius habitus in animo insidentis: actio vero charitatis est perfecta, & ideo ipsius author est spiritus sanctus

Scotus.

DISTINCTIONIS DECIMA SEPTIMAE

immediate, id est, nullius creati habitus interuentu. Ita iuxta sententiã Scoti non putatur Magister excludendum omnem habitum supernaturalem, sed quod attinet ad actionem dilectionis, nõ putat alium habitum adhibendum ab eo, cuius interuentu Dei spiritus sedem in animo collocavit. Ita Scotus & Egidius Magistri sententiam defendunt, quam tamen alij ceu falsam, non reprehendendam solum, verum etiam explodendam existimant.

Cæterum defensio Egidij minus apta est. Non enim quia actio diuinæ dilectionis est perfecta, non est in animo ponenda habitualis charitas, quæ volutatem perficiat, & ad diligendum habiliorẽ reddat, siquidẽ perfectio actionis non excludat habitum adiunctum potentia, imo vero ipsum magno pere requirit, vt facultatem ipsam perficiat, & ad actionem illius potentia propria obeundam, paratiorem, & expeditiorẽ reddat.

Neq; est par ratio in beata illa Dei visione, & in dilectione Dei meritoria. Nã beata Dei visio perfici nõ potest concursu formæ intelligibilis creatæ in intellectu informantis, quoniã species non est dabilis quæ sit diuinæ naturæ distincte, & clarè representatiua, at dilectio Dei meritoria potest perfici concursu charitatis habitualis, quæ sit ipsius dilectionis suapte natura elicitua.

Porro ad reprehensionẽ Scoticæ defensionis illud primũ valet, quia Deus æque est efficiens perfectarum rerum, & imperfectarum, Deus enim qui naturã angelicam omnium præstantissimã procreauit, idem materiam primam omnium infimam immediate fecit, illud discrimen igitur inter actiones fidei, spei, & charitatis, quo ad perfectionẽ, & imperfectionem non efficit, vt fidei & spei actiones interuentu habitus, charitatis vero actio, nõ itidem eliciatur.

Secundo, actio quanto perfectior, tanto perfectius principium requirit: sed facultas actionis susceptiua perfectior est habitu ex-culta, quam eodem destituta: igitur propter perfectionem ac præstantiã actionis, nõ est habitus excludendus, sed potius adhibendus,

ac proinde propter excellẽtiam dilectionis meritoria non est tollendus habitus charitatis, sed potius adiungendus.

Gabriel 1. d. 17. q. 2 sic putat esse distinguendum cum dicitur à Magistro spiritum sanctum esse charitatem, qua Deum & proximum diligimus, id accipi potest duobus modis, formaliter scilicet, ve efficienter. Si igitur Magister spiritum sanctum esse putat charitatem, qua formaliter Deus diligitur: eius sententia omnino falsa est, & nullo modo recipienda. Sin vero spiritum sanctum esse censet charitatem effectricem dilectionis, & amoris nostri erga Deum, vera est eius sententia. Nobis probatur hæc explicatio.

Quocirca consentaneæ huic explanationi duas statuimus conclusiones. Prior conclusio. Ad præstandam dilectionis meritoria actionem habitus quidam medius est in voluntate hominis collocandus. Probatio. Actio sit oportet accommodata ad facultatem, quæ actionis est susceptrix, igitur actio perfecta proficiscatur necesse est à facultate perfecta, at actio dilectionis meritoria est actio perfecta, suscipiatur igitur necesse est à facultate perfecta, perficitur autem facultas adiunctione habitus, actio igitur dilectionis meritoria proficiscitur à facultate per habitum perfecta.

Præterea, id à quo ortum habet dilectio meritoria non solum operationẽ ipsam bonam efficit, verum etiam & ipsam operantem formaliter bonum reddit: Nam auctore Arist. virtus cum eum, qui ipsius est particeps perficit, tum ipsius actionem bonam, & honestissimam reddit: at si dilectio meritoria immediate ab spiritu sancto proficisceretur, hoc præstare minimè posset: siquidem Deus esse non potest forma, formaliter rem aliquam perficiens, adhibendus est igitur necessario aliquis habitus medius cuius interuentu voluntas formaliter perficiatur: actionemque perfectam proferat.

Posterior conclusio. Hic habitus medius voluntatem formaliter perficiens in ordine ad actionem dilectionis meritoria, est charitas in animo infusa. Probatio.

Actio

Perfectio actiois nõ excludit habitum adiunctum potentie, imo vero ipsam requirit.

Gabriel.

1. conclusio. Dilectio meritoria interuentu habitus medij elicitur.

Tho. 1. d. 17. q. 2.

2. conclusio. Hic habitus medius est charitas in animo infusa.

Egidius diluit ratione

Actio dilectionis meritoria est sita in homine suscipiente talem actionem, alioqui non esset voluntaria, ac proinde neque meritoria, igitur illa actio proficiscitur ab operante, siue efficiente interuentu formae propriae elicitium ipsum principium formaliter perficientis, alioqui illa actio non esset in homine, utpote quia respectu illius non se haberet ut mouens, sed ut motum solum, hac porro forma alia nulla esse potest, nisi charitas creata supernaturaliter infusa, sequitur igitur voluntatem hominis in ordine ad actionem dilectionis meritoriae perfici habitu charitatis.

tanto magis vim suam in id, quod patitur immittit, id quod efficit formam aliquam largiendo: at spiritus S. est in nobis causa efficiens dilectionis meritoriae, estque agens perfectum, igitur meritoriam dilectionem in nobis efficit interuentu alicuius habitus infusi, ex quo illa dilectio formaliter proficiscatur, hic habitus est charitas, relinquatur igitur praeter charitatem increatam esse in animo collocandam charitatem creatam, quae formaliter voluntatem perficiat, & ad dilectionis meritoriae actionem obeundam paratiorem reddat.

Egidius diluit has rationes.

Ceterum Egidius pro Magistro hasce rationes facile diluit. Ad primum facile concedit actionem perfectam proficisci a facultate perfecta. Ceterum facultatem perfici ait, non solum habitus informantis adiunctione, verum etiam per id, quod supplere potest perfectionem habitus. Iam vero spiritus S. cum animo coniunctus efficitur quasi quaedam forma, & perfectio voluntatis, qua eadem coniunctione voluntas consequitur, ut possit elicere actionem dilectionis meritoriae.

Argumentatur etiam Egidius in hunc modum. Quemadmodum intellectus ad intelligendum, sic voluntas affecta est ad volendum: at intellectus hominis primam ac summam veritatem non potest intelligere nisi interuentu habitus alicuius eleuantis ipsum intellectum: ita & voluntas non potest summam bonitatem diligere, nisi interuentu alicuius habitus voluntatem ipsam eleuantis. Alioqui si citra habitum infusum solis naturae viribus hoc prestare possumus, cum pelagio proculdubio sentimus.

Secundum argumentum eodem modo diluitur. Nam spiritus S. coniunctus voluntati, eandem perficit si minus formaliter, efficienter tamen, confortando .s. & eleuando.

Nobis placet illud ipsum hac ratione confici efficacius. Nam si voluntas immediate mouetur a spiritu sancto ad diligendum, illud est consequens ut aut diligere non sit voluntarium, aut quod non excedat naturam voluntatis, illud prius omnino est impossibile, utpote quia diligere nihil aliud sit quam velle, nihil autem tam est in facultate voluntatis, quam ipsum hominis velle, hoc vero posterius non solum est falsum, verum etiam & haereticum, non enim volens, aut currens, sed miserens Dei est, Deum & proximum meritorie diligere. Sequela ostenditur in hunc modum. Nam aut ille dilectionis actus proficiscitur a principio interno, aut ab externo: si a solo externo, non est igitur voluntarium, siquidem voluntarium est quod initium sui habet in ipso operante, sin vero ille actus proficiscitur a principio interno, vel illud principium est ipsa voluntas, vel aliquid eidem adiunctum, & superadditum, si voluntas: actus igitur charitatis, siue dilectionis meritoriae non excedit naturam voluntatis, id quod non solum falsum est, verum etiam & erroneum: sin vero, aliquid aliud eidem

Aptior primae conclusionis probandae ratio.

Eadem est tertij argumenti explicandi ratio. Nam data opinione Mag. adhuc actio dilectionis meritoriae est in homine sita, nempe cum voluntas respectu eiusdem non se habeat passivè solum, verum etiam elicitiuè. Habet enim se ut mouens mota, mouens quidem quatenus elicit actionem, ut mota vero, quatenus mota a spiritu sancto elicit talem actionem. Ita fit ut dilectio Dei eliciatur a voluntate, vel interuentu formae ipsam formaliter perficientis, vel interuentu alicuius, quod potest vim, & actionem illius formae prestare, atque supplere, id quod spiritus S. praestat voluntati ipsam mouendo, se sequitur eidem coniungendo.

Quocirca eiusdem conclusionis probandae rationem aptiorem hanc esse existimat doctissimus Egidius. Quanto agens est praestantius,

DISTINCTIONIS DECIMAE SEPTIMAE

adiunctum: sequitur necessario ut aliquid creatum addatur voluntati, quo efficiatur habilis ad eliciendum actum charitatis, quod ipsum creatum nos dicimus esse habitum.

Postremo, facultas perfectior operatur habitu perfecta, quam habitu destituta, perfectior est enim actio temperantiae perfecta ab habente habitum, quam a non habente, igitur actus dilectionis perfectius suscipietur a voluntate perfecta per habitum, quam ab eodem destituta, ac proinde non pertinet ad perfectionem charitatis, quod actio charitatis suscipiatur nullo habitu medio, ut ait Magister, sed id potius cedit in detrimentum, & imperfectionem charitatis, ut optime annotavit Divus Thomas, 22. q. 23. art. 2.

Hae etiam rationes non conuincunt, neque id quod est propositum efficaciter concludunt. Namque diceret Magister, vel aliquis pro Magistro, dilectionem Dei meritoriam proficisci illam quidem a principio interno, nempe ab ipsa voluntate, a qua elicitur, non tamen illud est consequens ut dilectio meritoria non excedat naturam voluntatis, siquidem voluntas non se sola eliciat talem actum, sed mota a spiritu sancto, eidemque coniuncta, qua coniunctione eleuatur ad talem actionem suscipiendam. Neque etiam illud est consequens, ut dilectio non sit voluntaria, siquidem respectu illius actus voluntas non se habeat passiuè solum, verum etiam effectiuè, eliciendo talem actum, mota tamen, & eleuata a spiritu sancto.

Postremo, potentia non solum perfectè operatur perfecta per habitum adiunctum, verum etiam eleuata per eum qui perfectionem habitus supplet, cuiusmodi est spiritus S. Ita fit, ut nulla ratio humano ingenio excogitata possit efficaciter obtineri, esse in animo hominis collocandum habitum quendam supernaturalem, quo voluntas hominis formaliter perficiatur, & perfectam proferat actionem charitatis.

Quocirca non aliunde videtur petenda illius nostrae conclusionis probanda ratio, quam ex sacro concilio Trid. sess. 6. cap. 17. & can. 11. quibus locis declarauit, & diffiniuit concilium, charitatem per spiritum sanctum diffundi in cordibus eorum qui iustificuntur, &

ipsis inherere, at huiusmodi inherentia non potest conuenire spiritui sancto, siquidem inherere proprium est accidentis, non substantiae, neque itidem huiusmodi inherentia referri potest ad actum dilectionis solum, siquidem paruuli iustificuntur, in quibus neque est, neque esse potest aliquis actus charitatis, conueniat igitur oportet illa inherentia habitui, inest igitur in omnibus iustificatis aliquis charitatis habitus.

Porro huic sententiae duo scripturae testimonia suffragantur, prius habetur epist. ad Rom. cap. 5. quo loco sic ait Paulus. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum S. qui datus est nobis, quibus verbis Paulus aperte distinguit charitatem a spiritu sancto, tanquam donum a donante. Inquit enim charitatem nobis infundi, & donari per spiritum S. caritas igitur per quam iustificamur, non est spiritus S. sed aliquid creatum ab ipso spiritu sancto animo infusum. Posterior locus positus est apud ipsum Paulum. 1. Cor. 13. quo loco sic ait, nunc autem manent fides, spes, caritas, tria haec, horum autem maior est caritas. Quo loco illud est obseruandum, quia eodem modo loquitur Paulus de charitate, atque de fide, & spe, atque de sententia Magistri fides, & spes sunt habitus superadditi potentijs, igitur & caritas est habitus potentiae voluntatis adiunctus, ipsamque formaliter perficiens.

Hoc vero quo melius intelligatur, & accuratius tractetur, notandum est, hanc assertionem, nempe caritas, qua Deum & proximum diligimus, est habitus formaliter animum perficiens, varios varijs temporibus habuisse suae veritatis, & certitudinis gradus. Nam ante concilium Vienense citra fidei periculum potuit sustineri opinio Magistri, nempe quod caritas, qua Deum & proximum diligimus, esset spiritus sanctus, mouens & impellens nos immediate ad actum dilectionis eliciendum. Id vero ex eo patet, quonia tempore Vienense concilii antecedente positum erat in controuersia, an ne in baptismo conferretur paruulis gratia informans, & virtutes infunderetur, vnde Innocentius tertius, qui posterior Magister fuit, hoc ipsum tanquam dubium, & inter theologos controuersum reliquit in cap. Maiores de baptismo, & eius effectum,

Nulla ratio efficaciter concludit dari habitum charitatis creatum animum informantem.

voliga
-o puit
-o puit
-o puit

Ex concilio sumitur certa & efficax probatio.

Rom. 5.

1. Cor. 13.

Assertio Vera opposita assertioni Magistri varios habitus veritatis, & certitudinis gradus

Ante concilium Vienense teneri potest opinio Magistri.

scotus
Gabrie
Almayn
Turrecr
mata.

Ante conciliū Viēse tene-
ri potuit opinio Mag-
istri.

effectu, at omni tēpore inter theologos con-
stitit tanquam de fide, paruulos iustificari in
baptismo, tamenū incertum esset, an ne iu-
sticia, qua iustificabatur esset forma inharēs,
igitur ante concilium Viēse teneri potuit
citra vllū fidei detrimentum opinio Mag-
istri.

¶ A tempore vero concilij Viēensis, etsi
temerarium fuerit asserere, charitatem qua
Deum & proximū diligimus, non esse for-
mam quandā habitū in nobis inharētē:
non fuit tñ erroneū, aut hāreticū. Fuit qui-
dem temerariū, siquidem post habitū Viē-
nense conciliū illa assertio iam pugnat cum
cōmuni Doctorum & Sanctorum sentētia,
& cū insignium Vniuersitatū decretis. Oēs
enim Doctores, & omnes Vniuersitates, dis-
crepante nulla, in eam sententiā conspiraue-
runt, vt assererēt, charitatē esse habitū crea-
tum in homine inharētē, ipsiusq; volunta-
tem formaliter perficientem. Non fuit autē
erroneū, & hāreticum, quoniā illa assertio,
nēpe charitas est habitus creatus informās,
non est decreta, & definita in concilio Viē-
nensi tanquam de fide, sed tanquam proba-
bilior opinio, & dictis sanctorū magis con-
sona, declarata. Vnde contrariū asserere vt
sit temerariū, non tamen erroneum, & hā-
reticū. Namq; in doctrinā fidei, illa solū as-
sertio est erronea, & hāretica quæ aduersa-
tur veritati fidei, aut in sacris literis formali-
ter expressa, aut in aliquo formaliter expres-
so virtualiter contenta, & ex illo formaliter
expresso euidenter deducibili, aut postremo
ab Ecclesia definita. At neutro genere a tē-
pore concilij Viēensis continebatur hæc
propositio, charitas est habitus creatus.

Ex quo iam intelligitur eos perperam sen-
sisse, qui hanc propositionē, charitas est ha-
bitus creatus, tenendā, & omnib; amplectē-
dam esse existimauerūt, non tanquā proba-
bilem opinionem, sed tanquā fidei veritatē
certam & indubitatam, in quibus est Scot. in
3. d. 23. q. vnica. Est etiam Gabriel eadē. d. q. 2.
art. 2. concl. 2. Almayn; itidem in morali-
bus tract. 2. cap. 8. Est postremo Turrecrema-
ta summa ecclesiasticæ lib. 4. p. 2. cap. 36. quo
loco inter hæreses à Clementinis dānatas,

hanc etiam assertionē tertio loco numerat,
quæ affirmat nō conferri paruulis in baptif-
mo gratiam informantē, & virtutes. Quibus
tamen aduersantur viri doctissimi, nempe
Thomas, Bonauentura, & Egidius, qui opi-
nionem Magistri tanquam falsam, & defe-
ctuosam, nō tamen tanquam erroneam in
fide, & hāreticam reprehendunt.

¶ Cæterum hoc iam tēpore nēpe post con-
cilium Trid. non solum temerariū est asserere,
charitatē, qua Deū & proximū diligimus,
nō esse formā aliquā creatā, verū etiam er-
roneū, & hāreticū, vt patet ex concil. Trid.
sess. 6. can. 11. quo loco cum conciliū decreuis-
set sine gratia, & charitate non remitti pec-
catum, adiunxit, istam charitatē, sine qua nō
fit remissio peccatorū, diffundi in cordibus
fidelium, & in ipsis inharere. Ex quibus ver-
bis aperte intelligitur, quod charitas, per
quā iustificatur peccator, sit forma formali-
ter perficiens animū hoīs & in ipso inharēs.

REFUTATIO CONCLUS.

¶ Cæterum sentētiæ, & opinioni Mag. vi-
dentur multū favere illa August. verba
8. de Trinit. cap. 7. quo loco sic ait. Qui dili-
git proximū, consequēs est, vt ipsā dilectio-
nem præcipuē diligat, dilectio autē Deus est,
consequēs ergo est, vt Deū diligat. Iam sic,
in hac Augustini argumētatione Maior pro-
positio aperte sumitur pro dilectione qua
formaliter diligim; proximū, in Minore igitur
necesse est, vt sumatur dilectio, aut pro
dilectioe qua formaliter Deū diligimus, aut
pro dilectione qua diligimur à Deo. Si prio-
ri modo, habetur intentū, nempe quod dile-
ctio qua Deū diligimus sit ipse Deus, & nō
aliquid creatū, id quod asserit Magister. Si
vero accipitur posteriori modo, variatur
mediū, & fit argumētū in quatuor terminis.

Neq; est quod aliquis euadere cupiēs argu-
mentū, dicat, illā propositionē, nempe Deus
est dilectio, esse causalē, quæ admodū & hæc,
Tu es domine patientia mea. Quibus verbis
significat propheta, non quidē Deū esse pa-
tientiam, qua ipse formaliter est patiens,
sed suā patientiā à Deo causari, quæ admodū
& alio loco propheta dicit, Quoniā ab ipso
patientia

Hoc iam
tēpore as-
sertio Ma-
gistri est
erronea,
& hāreti-
ca.

r. Argu.

mod. 7. 8

Psal. 70.

Psalm. 67.

scotus.
Gabriel.
Almayn.
Turrecre-
mata.

patientia mea. Ad eundem etiam modum, cum subsumit Augustinus, Deum esse dilectionem, illa propositio continet hanc sententiam, ab ipso Deo est dilectio, qua Deum ipsum diligimus. Non est inquam quod hoc aliquis dicat: siquidem idem Augustinus. 15. de Trinit. cap. 17. hanc solutionem refellit sumpro argumento ex forma loquendi, qua utitur scriptura. Etenim scriptura non dicit absolute quod Deus sit patientia, aut sit spes, sed quod sit spes nostra, & patientia nostra, at de charitate loquens, absolute & sine vlla adiunctione ait, quod Deus sit charitas, ut patet 1. Ioan. 4. quemadmodum etiam Ioan. 4. absolute dicitur, quod Deus sit spiritus, atqui hoc loco intelligimus Deum esse spiritum secundum substantiam, igitur cum scriptura absolute dicat, Deus charitas est, est similiter intelligendum quod sit secundum suam substantiam charitas, & dilectio.

Ad 2. Facit etiam ad confirmationem sententiae, & assertionis Magistri & illud argumentum quod initio quaestionis proposuimus, quod etiam sumptum est ex doctrina Augustini. Plura alia suppetunt ad probandam sententiam Magistri argumenta, quae lege apud D. Thomam. q. vnica de charitate, art. 1.

DILUTIO ARGUMENTI.

Ad 1. D. Thom.

D. Tho. 22. q. 27. art. 2. ad 1. prius illud argumentum sic diluit ut dicat, in vtraque praemissarum, dilectionem accipi pro creata dilectione, quae eadem Deus est, non quidem formaliter, sed participatiue, est siquidem quaedam participatio charitatis diuinae, quae admodum sapientia qua sumus formaliter sapientes, quaedam est diuinae sapientiae participatio. Loquitur autem Augustinus more platonico, qui externa, & sensilia dicebat esse per participationem idearum. Posuit enim Plato formas rerum sensilium esse formas quasdam separatas. Ita de sententia Platonis, Petrus dicitur, & est homo participatione ideae hominis. Ad huc etiam modum nostra dilectio participatio quaedam est diuinae charitatis, quod ipsum significauit Augustinus, cum assumpsit, dilectio autem Deus est.

Gregori. Melius soluitur argumentum cum Greg. 1.

d. 17. q. 1. ar. 1. Is enim putat in vtraque propositione, Maiore. scilicet & minori sumi dilectionem pro charitate increata quae Deus est. Ac in maiori sumi dilectionem pro charitate increata, illa particula, praecipue, adiuncta verbo dilectionis, declarat. Est ergo illorum verborum haec sententia. Qui proximum diligit, consequens est, ut ipsam dilectionem, quae Deus est, magis diligat, siquidem dilectio proximi est propter Deum, & quia Deus praecipit proximum diligendum. Ex quo iam efficitur, ut in dilectione proximi dilectio Dei includatur: ac proinde recte colligat Aug. eum qui proximum diligit, consequens esse ut Deum diligat.

Hoc loco aduerte, duplicem esse dilectionem, vnam qua Deus nos diligit, alteram qua nos ipsum diligimus. Illa prior dilectio est increata, ut quae sit ipsemet Deus, haec vero posterior creata, ut quae in nobis inhareat. Haec porro dilectio dici potest dilectio Dei, cum obiectiue, tum causaliter, obiectiue quidem, quia terminatur ad Deum, tanquam ad obiectum, causaliter vero, quia Deus ipsam efficit in nobis.

Notandum secundo. Nos per vtraque dilectionem Deum diligere, diuerso tamen modo. Nam per dilectionem increatam Deum diligimus causaliter, hoc est, tanquam per causam efficientem nostrae dilectionis, per dilectionem vero creatam Deum diligimus formaliter, tanquam per habitum in nobis inhaerentem. Sic etiam ea bonitate, qua Deus bonus est, sumus boni efficienter, at bonitate creata in nobis inhaerente sumus boni formaliter.

Hinc iam patet responsio ad argumentum, quod initio quaestionis proposuimus. Etenim & charitas ipsa donum Dei est, & spiritus sanctus etiam Dei donum, & vtriusque maximum donum, charitas quidem in donis creatis, spiritus vero sanctus donum est increatum, omnium maximum, & excellentissimum.

ANNOTATIO.

Notandum, veteres Theologos multa hoc loco de charitate subtilius disputata, et accuratius tractata reliquisse, quae ipsa tamen non tam huic loco, quam

tertio

Dilectio
ne creat
Deum di
ligimus
formali
ter, incre
ta vero,
causaliter

Ad 1.

tertio sententiarum, in quo de habibus tam acquisitis, quam infusus agitur, videntur potius congruere.

Quocirca ab his hoc loco tractandis supersedendum nobis duximus, earum rerum tractationem loco suo, nempe tertio sentent. aptius reseruantes. Ad nostros igitur in tertium sentent. commentarios, quos propediem, vita comite, ac superstite, in lucem mittemus, curiosum lectorem remittimus.

DISTINCTIO DECIMAOCTAVA.

¶ Resolutio distinctionis decimaoctavae.

In decima octava distinctione disputat Magister de proprietate spiritus sancti consequente temporalem eius processionem, est autem ea, donum, siue donatum. Vtrūque enim nomen conuenit spiritui sancto quatenus datur, ut testatur August. 15. de Trinit. cap. 19. et citatur in litera.

Est ergo huius distinctionis prima conclusio. Cum spiritus sanctus et donum sit, et donatum, siue datum, sempiternae tamen donum fuit, temporaliter vero donatum, siue datum. Prior conclusionis pars in hunc modum ostenditur. Spiritus sanctus habet quod sit donum ex eo quia procedit à patre et filio, ac qui ab aeternitate procedit, ab aeternitate igitur habet quod sit donum. Maior probatur. Spiritus sanctus procedit ut donabilis, igitur ex eo habet quod sit donum quia procedit à patre, et filio. Totus discursus desumptus est ex doctrina Augustini. Posterior pars con-

clusionis hinc patet, quoniam spiritus sanctus dicitur datum, siue donatum, quia datur, vel donatur, datur autem temporaliter: temporaliter igitur donatum est, siue datum.

Hinc primum infertur, quod spiritus sanctus eo est donum quo procedens. Infertur secundo, quod spiritus sanctus antequam daretur, iam erat donum. Infertur tertio, quod spiritus sanctus non eo dicitur donum, quia donatur, nam ante fuit donum, quam donaretur. Infertur quarto, quod spiritus sanctus nisi datur, non dicitur donatum, siue datum.

Secunda conclusio. Spiritus sanctus procedit ut donabilis non quidem à patre ipsi filio, aut à filio ipsi patri, sed nobis ab utroque.

Tertia conclusio. Quamuis filius ab aeterno processerit ut nobis in tempore donabilis, quemadmodum verè datus est nobis, non tamen ob id donum fuit, quemadmodum spiritus sanctus, siquidem filius processerit non tantum ut donabilis, verum etiam ut genitus, ac spiritus sanctus non processit ut genitus, sed ut donabilis solum, et ut donum.

Quarta conclusio. Spiritus sanctus, procedendo à patre, et filio habet non solum quod sit donum, verum etiam quod sit essentia diuina, quemadmodum et filius nascendo accepit, non solum quod sit filius, sed etiam quod sit essentia.

Quinta conclusio. Spiritus sanctus per temporalem processionem dicitur donatum, siue datum, per aeternam vero, donum dicitur. Ac quatenus dicitur donum, ad patrem, filiumque refertur, quatenus vero

dicitur datum, siue donatū refertur cum ad eum qui dedit, tum ad eos quibus datur, unde *et* spiritus Dei dicitur, *et* noster, Dei tanquam dantis, noster vero, quia eum accipimus. Probat testimonijs scripturae.

Sexta conclusio. Quamuis filius verè datus sit nobis, non tamen propterea dicitur filius noster, siquidem qua filius, solius patris est filius. Ceterum quatenus datus est, *et* ad patrem refertur qui dedit, *et* ad eos, quibus datus est, unde *et* redemptor noster, *et* panis noster dicitur.

Septima conclusio. Spiritus sanctus tamen si dicatur spiritus noster, non tamen spiritus sanctus noster, quemadmodum neque donum nostrum, sub utroque siquidem nomine relatiuè solum dicitur ad patrem *et* filium, idque sempiterna relatione. Omnia probantur testimonijs Aug.

✠ QVÆSTIO ✠
VNICA.

Utrum donum sit aliquid essenziale, an personale in diuinis?



DHIBITA DISTINCTIONE quæstio explicatur nonnullis subiectis conclusionibus. Distinctio est huiusmodi. In nomine duo spectantur, significatum scilicet nominis, & illud pro quo nomen accipitur. Nominis significatum est illud, quod definitione nominis declaratur. Nãq; auctore Arist. 4. Metaphys. Ratio quam nomen quodq; significat, est definitio. Illud pro quo nomen accipitur, est illud cui attribuitur, siue de quo dicitur: quod ipsū est extra formale nominis significatū. Etenim homo rationale animal significat, quod aut illud sit Petrus, aut Ioan-

nes, Gallus, aut Italus id omne est extra illius nominis formale significatum, tamen si illud nomen de quolibet illorum dicatur.

Ponuntur ergo quatuor conclusiones.

Prima conclusio. Donum quod attinet ad id quod significat, neq; notionale est quiddā, neq; personale, sed abstrahēs ab utroq; Probatio. Id quod significat nomen est illud quod definitione declaratur, extra quod significatum est quod reperitur in hoc, vel illo genere entium, At id quod definitione doni continetur, est ratio irredibilis, illud igitur significat: ac proinde extra illud significatum est, quod donum sit naturale aliquid, aut supernaturale, creatū, aut increatum: Donum igitur in diuinis quod ad significatum attinet, solum significat dationē irredibilem: extra quod significatū est, quod sit essenziale aliquid, aut notionale.

Secunda conclusio. Quod attinet ad illud de quo in diuinis hoc nomen dicitur: per respectū ad intra nihil est in Deo, cui possit hoc nomen, donum, attribui. Id vero in hūc modum ostēditur. Donum est dantis, & fit accipientis per liberalem communicationem, sed in diuinis nihil est quod communicetur liberè: sed quidquid ibi communicatur naturali necessitate communicatur, in diuinis igitur per respectum ad intra nihil est cui ratio doni possit attribui.

Tertia conclusio. Ratio doni in Deo reperitur per respectū ad extra, & æque attribuitur essentiæ, atq; personæ. Prior pars ostēditur. Donum est aliquid liberaliter comunicatum: at liberalis communicatio conuenit Deo solum per respectum ad extra: nēpe ad creaturas, igitur ratio doni in Deo reperitur solum per respectum ad extra. Posterior pars conclusioni sic ostēditur. Nihil diuinū datur creaturæ ut habeatur subiectiuè, sed obiectiuè solum, hoc est, ut obiectum cognitum & dilectum: at hoc æque competit essentiæ, atque personæ, igitur ratio doni per respectum ad extra æque conuenit essentiæ, atque personæ.

Quarta conclusio. Donum appropriatè conuenit spiritui sancto. Etenim omnis liberalis

1. cōclus.
Durādus
1. d. 28. q. 1
Donum
quantum
ad suum
significa-
tum, neq;
notionale
est, neque
essentiale.

2. cōclus.
Per respo-
cium ad
intra, ni-
hil est in
diuinis
cui ratio
doni attri-
buatur.

3. cōclus.
Ratio doni
in Deo
reperitur
per respo-
ctum ad
extra.

4. cōclus.
Donum
est appro-
priatū spi-
ritui s. p. p.
propriū.

opin
D. Tho.
p. q. 38.
1. 2.

1. ARG

ois g
tuita c
natio
tumha
ex amc

3. ARG

Cap.

beralis communicatio ex amore tanquam ex radice procedit, At spiritus sanctus in diuinis procedit vt amor : igitur esse donum per quandam appropriationem maxime conuenit spiritui sancto.

REFUTATIO CONCLUS.

Opinio
D. Tho. 1.
p. q. 38. ar.
1. 2.

D. Thomas. 1. p. q. 38. art. 1. 2. ab his conclusionibus dissentit. Etenim ipsius sententia est, donum esse notionale quiddam, & proprium spiritus sancti. Id vero hac ratione vult esse persuasum. In ratione doni duo continentur, & quod sit alicuius nempe dantis, & quod possit ab aliquo haberi, in cuius vel usum vel possessionem, vel dominium transfertur: At hoc solum conuenit diuinæ personæ respectu creaturæ, igitur donum est aliquid personale in diuinis. Maior patet ex doni definitione. Minor ostenditur. Persona diuina est alicuius per originem, & haberi potest à creatura rationali, quæ tametsi non vtitur, certè fruitur diuina persona.

1. Argu.

Porro donum, esse proprium spiritus sancti hinc ostendit. Amor habet rationem primi doni per quod omnia donantur, etenim omnis gratuita donatio ortu habet ex amore, At solus spiritus sanctus in diuinis procedit vt amor, igitur solus procedit in ratione primi doni, ac proinde esse donum est proprium spiritus sancti.

3. Argu.

Præterea illud est proprium personæ quod ipsi conuenit ex vi processionsis, At esse donum conuenit spiritui sancto ex vi suæ processionsis, est igitur proprium ipsius esse donum. Minor ostenditur Augustini testimonio quarto de Trinitate libro, quo loco sic ait. Sicut natum esse est filio à patre esse, ita spiritui sancto donum Dei esse, est à filio, & patre procedere. Item s. de Trinit. cap. 11. Donum est patris & filij, quia à patre procedit, & filio. Item quinto de Trinit. cap. 14. Quamuis spiritus sanctus capiat naturam à patre & filio, nõ dicitur tamen filius, quia non procedit quo modo natus, sed quomodo datus: igitur esse datu, siue donum conuenit spiritui sancto per rationem suæ originis.

Nobis omnino probatur Durandi sententia,

quam superiobus conclusionibus explicauimus. Etenim donum esse, non est proprium spiritus sancti, sed appropriatum quiddam, partim per respectum ad intra, partim per respectum ad extra. Per respectum quidem ad intra, quoniam pater amorem suum filio impendendo, filius autem mutuo eidem patri amorem reddendo, producant spiritum sanctum: ac proinde, quia ex mutua amoris datione spiritus sanctus procedit, rationem doni est consecutus, non quia ea ratione in esse personali constituatur, sed per accommodationem quandam, & appropriationem. Per respectum quidem ad extra, propter eam, quam ad quartam conclusionem confirmandam attulimus, rationem.

DILUTIO ARGUMENT.

Reliqua est argumentorum Diui Thomæ dissolutio. Primum argumentum duobus modis diluitur: vno modo negatione minoris. Namque illa duo non magis conueniunt personæ, quam essentiæ. Etenim & essentia diuina haberi potest ab aliquo tanquam obiectum cognitum, & amatum: & est illius dantis, si minus per originem, certè per identitatem. Neque enim necesse est vt donum sit distinctum aliquid re ipsa à dante, alioqui Deus seipsum donare non posset, sed necessario ab eo secernitur, cui datur. Diluitur etiam argumentum negatione maioris. Nam ratio doni posita est in datione irredibili, quæ abstrahit à persona, & essentia.

Ad secundum, Damus D. Thomæ amorem habere rationem primi doni in diuinis, non quemlibet tamen, sed essentialem. Iam vero spiritus sanctus procedit vt amor personalis includens amorem essentialem. Est siquidem spiritus sanctus amor productus, siue spiratus, quemadmodum filius est notitia genita, ac proinde eidem attribuitur esse donum. Lege Caiet. 1. p. q. 18. art. 2.

Ad tertium dicitur spiritum sanctum procedere vt datum, quia procedit per actum voluntatis ex mutua inclinatione patris, & filij, ex qua processione non habet quod sit similis producenti, quamuis reuera sit ipsi simili-

Spiritus sanctus dicitur donum quia procedit ex mutua patris, & filij amoris datione

Ad 1.

Donum non necessario distinguitur a dante, necessario tamen ab eo cui datur

Ad 2.

Ad 3. Spiritus sanctus procedit vt datus, nõ vt natus, tum quia ex vi suæ productionis nõ procedit vt similis, tum quia procedit ex mutua amoris datione.

similimus, utpote eiusdem essentiae participans, & ideo non dicitur natus, sed datus. Qua de re nos vj. distinctione differuimus.

Notandum est magnopere interesse inter donum, & datum: Nam donum significat rem aptam donari, datum vero significat rem actu exhibitam, & in potestatem alterius traditam.

Ex quo sequitur primum, spiritum sanctum ab aeternitate fuisse donum, non tamen datum, nisi in tempore. Sequitur secundo Dei filium esse cum datum, tum donum, datum quidem in tempore. Sic enim Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, donum vero ab aeternitate, si modo donum dicatur ab aptitudine donandi. Filius siquidem habuit aptitudinem ut donaretur in tempore, alioqui datus minimè fuisset. Caterum si donum dicitur ex aptitudine donabilitatis, quae conuenit rei ex modo procedendi, hoc pacto esse donum non conuenit filio: sed soli attribuitur, & appropriatur spiritui sancto.

DISTINCTIO DECIMAE NONAE.

¶ Resolutio distinctionis decimae nonae.

Decimae nonae distinctione, itemque vigesima differit Magister de triu personarum equalitate, ac primum quidem, quantum ad magnitudinem, idque hac decimae nonae distinctione, deinde vero, quantum ad potestatem, idque distinctione vigesima.

Huius porro distinctionis prima conclusio est huiusmodi. Diuinarum personarum una, aliam magnitudine non excedit, quae ipsa magnitudo non est aliud, quam ipsa Dei essentia, non enim Deus alio magnus est, & alio Deus est, sed eo mag-

nus, quo Deus, ut ait Augustinus.

Quia igitur Deus sua essentia magnus est, diuina autem essentia simplex, & indiuidua, ac tota in singulis personis est, hinc fit primum, ut una persona non sit maior, quam alia, neque maius aliquid sint duae, quam una, neque tres vel duae, quam una.

Fit secundo, ut pater sit in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in utroque, & singulus in singulis. Vnde Ioan. 14. dictum est. Ego in patre, & pater in me est.

Fit tertio, ut nulla personarum sit pars Dei, aut Deitatis, quia personarum quaelibet totus, & plenus Deus est, utpote quia diuina essentia tota, & plena in tribus, & in singulis sit. Haec probantur omnia auctoritate Augustini. Rationes porro ad primam conclusionem vide ad finem distinctionis.

Secunda conclusio. Quamuis diuina essentia commune quiddam sit cum tribus personis, ipsa tamen de personis neque sicut genus de speciebus, neque sicut species de indiuiduis praedicatur. Vtraque pars conclusionis ostenditur testimonijs Aug.

Obijcit tamen Magister auctoritatem Damasceni. i. de orthodoxa fide libro, cap. 6. quo loco ait, essentiam in diuinis commune quiddam esse tanquam speciem, hypostases vero, sine personas esse quaedam particularia, tanquam indiuidua. Huic tamen obiectioni responderet Mag. dicens, Damascenum fuisse locutum per similitudinem ad res creatas. Nam in rebus creatis uniuersale id esse dicitur, quod praedicatur de multis, particulare vero, & indiuiduum quod dicitur de uno solo. Cum igitur diuina essentia de omnibus personis

simul,

spiritus s. ab aeternitate quidem donum fuit, datum vero non nisi in tempore. Vide hoc loco Mag. cap. 1. & Aug. 5. de trini. cap. 35.

Ioan. 3. Notatu dignum.

Quantitas duplex, una molis, altera virtutis, si perfectio sit.

simul, et separatim de qualibet dicatur, qualibet autem persona neque de omnibus communiter, neque de aliqua particulariter dicatur, hinc effectum est, ut Damascenus dixerit, essentiam diuinam esse quiddam commune, et uniuersale, personas vero ipsas esse quaedam particularia. Ceterum valde improprie locutus est Damascenus, multo proprius Augustinus, qui praedicta nomina ab excellentia Trinitatis exclusit.

Tertia conclusio. In summa Trinitate singula sunt in singulis, et omnia in singulis, et singula in omnibus, et omnia in omnibus, et unum in omnibus, et unum omnia. Haec conclusio ex supra dictis satis constat.

✠ Q V A E S T I O . I . ✠

Vtrum in diuinis reperiatur aequalitas?



Decima nona distinctione, in qua de personarum diuinarum aequalitate disseritur, adduci consuevit in quaestionem, an ne in diuinis personis aequalitas reperiatur?

Initio notandum aequalitatem fundari in quantitate, illa siquidem dicuntur aequalia, quae habent eandem quantitatem, quemadmodum illa dicuntur similia, quae habent eandem qualitatem.

Quantitas duplex vna molis, altera virtutis, siue perfectionis.

Deinde illud est annotandum, duplicem esse quantitatem, molis vnam, quae in solis corporibus reperitur, spectaturque secundum longitudinem, latitudinem, & profunditatem, perfectionis alteram, & virtutis, quae attenditur secundum diuersos gradus perfectionis, aut substantialis, aut accidentariae. Duo enim homines quatenus participant substantiam, aut qualitatem, secundum eundem, vel diuersum gradum, dicuntur aequales, aut inaequales.

Ponuntur ergo nonnullae conclusiones. Prima conclusio. In diuinis est aequalitas prout fundatur in quantitate virtutis, & perfectionis. Probatio. In aequalitate duo requiruntur, & quod extrema, quae dicuntur aequalia, re ipsa distinguantur, & quod sit ibi vnitas vel identitas quantitatis non secundum magis, & minus. Nam auctore Aristotele, aequale dicitur per priuationem maioris, hoc est excessus, & defectus: id quod formale est in aequalitate. Nam aequalitas est vnitas in quantitate cum priuatione excessus, ad quam in quantis finitis consequitur commensuratio: at in diuinis sunt personae realiter distinctae, habentes eandem quantitatem perfectionis, utpote quarum omnis perfectio sit ipsa diuina essentia, quae vna & indiuisa est in diuinis personis, igitur, etc.

1. conclusio. In diuinis est aequalitas.

Secunda conclusio. In diuinis personis est plus quam aequalitas, utpote quia distinctae existentes in vna secundum numerum perfectione conueniant, quae conuenientia efficit plus quam aequalitatem.

2. conclusio. In diuinis personis est plus quam aequalitas.

Tertia conclusio. In diuinis personis non est omnimoda identitas, utpote quia cum summa in vna numero perfectione conuenientia, sit coniuncta distinctio realis extremorum, quam excludit omnimoda identitas, ut cernitur in identitate eiusdem ad seipsum.

3. conclusio. In diuinis personis non est omnimoda identitas.

Quarta conclusio. Aequalitas in diuinis personis est mutua, quemadmodum enim patri filius, sic etiam pater vice versa dicitur aequalis filio, aequatio tamen non est mutua. Dicitur enim filius aequari patri, non tamen contra diuinus pater aequari filio. Prioris causa est, quia aequalitas est relatio aequiparantiae, haec vero omnis est mutua. Posterioris vero causa est, quia aequatio est alicuius, quod se habet ad alterum sicut imago ad exemplar: At nihil idem respectu eiusdem est imago, & exemplar, igitur aequatio non recipit reciprocationem. Cum ergo filius sit diuini patris imago, & pater sit exemplar filij, sequitur ut filius aequetur patri, non contra pater filio.

4. conclusio. Aequalitas in diuinis personis est mutua, aequatio non item.

REFUTATIO PRIMAE conclusionis.

Cum

DISTINCTIONIS DECIMAENONAE

1. Argu.

Cum in diuinis nihil sit aliud, quam essentia, & relatio, aequalitas diuina attendatur oportet, vel secundum essentiam, vel secundum relationem: non secundum essentiam: partim quia substantia potius fundat identitatem, quam aequalitatem, partim quia aequalitas distinctionem requirit extremorum, iam vero in diuinis nulla est, quod ad essentiam attinet, distinctio. Neque itidem aequalitas attenditur secundum relationem. Nam aequalitas est perfectio simpliciter, at relatio non est perfectio simpliciter.

2. Argu.

Præterea, aequalitas commensurationem quandam importat, illa siquidem sunt aequalia, quæ sunt sibi inuicem quoad quantitatem commensurata: at in diuinis nulla huiusmodi commensuratio reperitur: partim, quia nulla ibi quantitas inueniatur, partim, quia etsi ibi quantitas inueniatur, illa est infinita, cui repugnat mensurari, nulla igitur in diuinis personis aequalitas reperitur.

DILVTIO ARGUMENT.

Ad 1.

Ad primum dicitur, in diuinis aequalitatem attendi secundum essentiam, non qua huiusmodi, sed qua rationem obtinet quantitatis virtualis, sic enim fundat aequalitatem, non identitatem. Ad posteriorem improbationem dicitur, in aequalitate reperiri aliquam identitatem. Est enim aequalitas vnitas in quantitate, non tamen tanta, quanta reperitur in diuinis, & ideo aequalitas in diuinis non est proprie aequalitas, uti secunda conclusio docuimus.

Ad 2.

Ad secundum dicitur, aequalitatis naturam, & rationem non esse positam in commensuratione vnus quantitatis ad alteram, sed in priuatione maioris, & minoris, siue excessus, & defectus, ad quam excessus, & defectus priuationem in quantis finitis consequitur commensuratio. In diuinis igitur reperitur aequalitas quoad rationem formationem, nempe per priuationem excessus vnus ad alterum, non per commensurationem vnus ad alterum.

DE CIRCUNINCESSIONE.

Quoniam diuinæ aequalitatis illud est consequens, ut vna diuina persona sit in altera, quemadmodum diuinæ literæ testantur, Dicitur enim Ioan. 14. Ego in patre, & pater in me est, Quod genus in existentia à Diuo Ioanne Damasceno primo de fide orthodoxa libro. περιχώρησις, hoc est, circunincessio appellatur, nonnullas hoc loco subiungendas assertiones existimauimus, ad hanc mutuam diuinarum personarum in existentiam accommodatas.

Prima conclusio. Vna persona non est in altera ratione totius constituti, ut scilicet quælibet persona sit continens, & contenta ratione totius. Probatio. Quemadmodum enim se habent à quo aliud, & quod ab alio, eodem modo se habent in quo aliud, & quod in alio: atqui fieri non potest ut duæ illæ habitudines originem declarantes vni eadem conueniant respectu eiusdem, tametsi respectu diuersorum eidem possint conuenire: igitur nihil idem respectu eiusdem est quod in alio, & in quo aliud inexistit, At hoc esset consequens, si vna persona esset in altera, idque vice versa, ratione totius constituti: Etenim si pater est in filio ratione essentia, & paternitatis, & rursum filius in patre ratione essentia, & filiationis: igitur patri secundum idem conuenit esse, tum illud in quo est aliud, tum illud quod est in alio: id vero cum sit omnino falsum, sequitur diuinam personam non habere rationem continentis, & contenti ratione totius constituti.

Secunda conclusio. Vna persona non est in altera ratione relationis. Illud enim quod efficitur, ut vna persona non sit alia, non est causa quod vna persona sit in alia: at diuina relatione efficitur ut vna persona non sit alia, igitur eiusdem interuentu vna persona esse non potest in altera.

Adde, quia diuina relatione efficitur ut vna persona sit ad alteram, igitur eadem relatione minimè efficitur, ut vna persona sit in altera. Consecutio patet: quia esse in alio, & esse ad aliud sunt essendi modi distincti.

Tertia conclusio. Vna persona est in alia ratione essentia. Probatio. Id per quod vna persona

περιχώρησις, id est, circunincessio, siue inmanencia. Cap. II.

1. conclusio. Circunincessio non conuenit diuinis personis ratione totius constituti.

2. conclusio. Vna persona non est in altera ratione relationis.

3. conclusio. Vna persona est in altera ratione vnus, & indiuisa essentia.

4. conclusio. Persona diuina tinet a se in se totius sentia, delictet relatio.

Veritas definiti.

Duran opinio. Veritas non constituit in conformitate intellectus ad rem eundem se natum.

persona est in altera est commune utrique, & in utraque reperitur: at sola diuina essentia est cum tribus personis communis: & vna numero in tribus personis reperitur, igitur vna persona est in alia interuentu essentiae.

4. conclus. Persona diuina continet aliam interuentu totius, essentiae videlicet, & relationis

Quarta conclusio. Persona diuina est illud in quo est alia, hoc est, habet rationem continentis ratione totius, scilicet essentiae, & relationis. Namque illud in quo est alterum, debet illud ipsum excedere, utpote quia illud contineat, sed pater ratione totius constituti se habet quodammodo in plus, quam filius ratione essentiae solum, & similiter e conuerso, igitur persona diuina habet rationem continentis interuentu totius.

Neque est quod de nominibus, totius, & partis sit contentio, siquidem sic loqui oporteat, tametsi in diuinis proprie neque totum sit, neque pars.

DE VERITATE.

QVAESTIO. 2.

Verum veritas sit conformitas intellectus ad rem?



Vonia vero Magister diuinarum personarum aequalitatem probat sumpto argumento ex diuina veritate, idque paragrapho. xvij. proinde hac distinctione à theologis de veritate suscipitur disputatio, cuius quidem hanc omnes definitionem afferunt. Veritas est conformitas siue adaequatio intellectus ad rem. Ceterum de interpretatione non omnes conveniunt. Ac Durand 2. d. 19. q. 5. 6. interpretatio his propositionibus continetur.

Veritatis definitio

Durandi opinio.

Veritas non consistit in conformitate intellectus ad rem secundum esse naturae

Prima propositio. Veritas non est conformitas intellectus ad rem in esse naturae, ut scilicet sit convenientia essentialis inter intellectum, & rem intellectam. Namque intellectus secundum esse naturae est accidens: & incorporeum quiddam, at res intellecta interdum est substantia, eaque corporea, igitur veritas non consistit in conformitate intellectus ad rem, secundum id quod sunt entitativè.

Secunda conclusio. Veritas non est conformitas intellectus ad rem, secundum id quod inest in intellectu subiectivè, quidquid illud sit, siue species intelligibilis, siue actus intelligendi. Probatio. Haec conformitas aut esset in essendo, aut in representando, non in essendo. Nam species intelligibilis subiectivè existens in intellectu est accidens, at res intellecta interdum est substantia, sit igitur oportet haec conformitas in representando ut scilicet, per talem speciem subiectivè existentem in intellectu, res perinde atque est representetur. Neque sic accipi potest haec conformitas, tum, quia veritas simul est ordine naturae cum rei cognitione, at res intellecta prius naturae ordine est praesens apud intellectum, quam cognitio consequatur, tum, quia haec conformitas in hoc consistit, ut esse apprehensum sit conforme, & consentaneum entitati rei in se, quod est aliud nihil, quam rem sic representari apud intellectum, sicuti est extra intellectum, sed sic, & sicut sunt condiciones obiecti, & non alius quod subiectivè inest in intellectu, igitur. etc.

Neque itidem in conformitate intellectus ad rem, secundum illud esse quod habet in intellectu, quidquid illud sit.

Tertia conclusio. Veritas consistit in conformitate intellectus ad rem, secundum id quod se habet obiectivè ad intellectum. Nam veritas est conformitas eiusdem ad seipsum, secundum aliud, & aliud esse, id est, secundum esse apprehensum, & esse reale, quatenus scilicet id quod apprehenditur de re, est conforme entitati rei, id quod tum fit cum res sic intelligitur esse, atque ipsa est, sed esse apprehensum importat conditionem denominatam obiectum ipsum, non intellectum, aut actum intelligendi: namque intellectus non est apprehensus, sed apprehendens, & intellectio non est apprehensa, sed apprehensio: igitur conformitas, in qua veritas consistit, attenditur in re secundum id quod se habet ad intellectum obiectivè.

Veritas consistit in conformitate intellectus ad rem secundum id quod se habet ad intellectum obiectivè inquantum scilicet id quod apprehenditur de re est conforme entitati rei.

Corollarium primum. Veritas est conformitas rei ut est intellecta, ad seipsam prout existit, ad quam cetera omnia, quae vera nominantur habent ordinem, & attributionem. Res enim dicitur vera quatenus fundat hanc conformitatem.

Coroll. 1. Veritas est conformitas rei ut est intellecta, ad seipsam prout existit.

DISTINCTIONIS DECIMAENONAE

conformitatem. Propositio vero nominatur vera, quatenus hanc conformitatē significat. Veritas enim est in re tanquam in causa & radice, in oratione vero tanquam in signo.

Coroll. 2. Corollarium secundum. Veritas est relatio eiusdem ad seipsum. Nam veritas consistit in conformitate eiusdem ad seipsum secundum esse intellectum, & esse reale, hæc autem conformitas est aliud nihil, quam relatio eiusdem ad seipsum secundum esse apprehensum, & esse reale, igitur, etc.

Coroll. 3. Corollarium tertium. Veritas formaliter sumpta est in intellectu non quidē subiectiue, sed obiectiue: non quidem sicut obiectum cognitum principaliter, sed vt modus quidā conueniēs rei prout est in intellectu.

Coroll. 4. Veritas est ens rationis. Etenim illud quod cōuenit rei prout se habet obiectiue ad intellectum, est ens rationis, est enim ens rationis denominatio quædam conueniens rei prout est intellecta, At veritas est huiusmodi, vt dixim⁹, est igitur veritas formaliter sumpta ens rationis.

Obiectio. Obijci contra potest, igitur cum verū scire contēdimus, in id incumbimus, vt sciamus ens rationis, cumq; ens rationis sit nihil, efficitur vt contendamus scire nihil.

Responsio. Respondet Durandus, verum capi duobus modis, vno modo formaliter, altero modo fundamentaliter. Verum formaliter est relatio conformitatis intellectus ad rem. Verum autem fundamentaliter est res fundās hanc relationem conformitatis. Cum igitur verum scire cōtendimus, non in eo elaboramus vt relationem illius conformitatis sciamus: sic enim illa relatio esset obiectum principaliter cognitum: sed in id incumbimus, vt naturas rerum sciamus, quæ fundant huiusmodi conformitatem. Nam cum res ipsæ sic esse cognoscuntur atque sunt, verum scitur: quod est aliud nihil, quā conformitas rerum prout sunt intellectæ, ad seipsas prout existunt.

Cum verum scire contendimus, in eo elaboramus vt naturas rerum sciamus, quæ fundant relationē conformitatis.

Est autem sermo de obiecto intellectus enunciatiue sumpto, vt scilicet definitio veritatis sic intelligatur. Veritas est conformitas intellectus ad rem intellectam, in quantum scilicet, id quod enunciatiue apprehenditur de re, est conforme entitati rei.

Ita iuxta hanc sententiam verū formaliter solum reperitur in intellectu componente, & diuidente, cuius intellectus obiectum est obiectum enunciatiue sumptum, quod significatur per propositionem veram.

D. Tho. 1. p. q. 16. art. 1. 2. hanc adæquationem longè aliter accipiendam putat. Etenim ipsam existimat referendā ad aliquid quod inest subiectiue in intellectu, scilicet ad similitudinem rei intellectæ, per quam intellectus efficitur conformis rei, quā intelligit. Est igitur, apud D. Thomam, veritas conformitas intellectus ad rem per similitudinem rei in ipso inhaerentem. Nam omnis res dicitur vera quatenus assequitur propriam formam, forma autem intellectus, quatenus est cognoscens, est similitudo rei cognitæ, est igitur intellectus verus, quatenus habet similitudinem rei cognitæ, quacumq; sit illa, siue species impressa, siue expressa, dummodo sit representatiua obiecti cogniti qua huiusmodi, siue complexe, siue incomplexæ.

Hinc iam illud consequitur, Veritatem formaliter sumptam esse in intellectu subiectiue. Nam illa similitudo, qua efficitur vt intellectus sit conformis entitati rei, inhaeret in intellectu, ex quo efficitur vt intellectus sit subiectum illius conformitatis, cuiq; veritas in huiusmodi conformitate consistat, sequitur vt veritas formaliter insit in intellectu subiectiue: ac proinde veritas sit ens reale, nempe quia insit subiectiue in ente reali.

Deinde illud hinc intelligitur, veritatem consistere in adæquatione passiuæ intellectus ad rem. Tūc enim intellectus est verus, cum est adæquatus rei intellectæ, est autem tum adæquatus, cum ita per intellectū dicitur, siue complexe, siue incomplexæ, atque in re extra cernitur.

Ex quo postremo, colligitur veritatem esse in intellectu formaliter, & subiectiue, in rebus

tionis, de mente Durandi.

D. Thom. opinio.

Apud D. Thomam, veritas est conformitas intellectus ad rem, per similitudinem rei in ipso inhaerentem.

Coroll. 1.

Veritas est ens reale.

Coroll. 2.

Coroll. 3.

Veri subiectum vt reperitur in intellectu simplici cum componente at obiectum in se componit

Defenditur opinio D. Thomae

rebus autem ipsis causaliter atq; fundamē-
taliter. Nam cum veritas sit adaquatio pas-
siva intellectus ad rem, actio autē subiecti-
ue insit in mobili, causaliter vero in mouē-
te, relinquitur vt veritas insit in intellectu
subiectiue, causaliter vero in rebus.

Veritas
subiecti-
ue reperi-
tur in in-
tellectu
simplici,
cum co-
ponente,
at obiecti-
ue in solo
componente

Hoc loco est magnopere notandum, veri-
tatē esse in intellectu bifariā .s. obiectiue &
subiectiue. Subiectiue quidē vt forma inexi-
stens, quo modo inest cum in simplici, tum
in componēte intellectu. Nam veritas for-
maliter est conformitas intellectus ad rem,
& vterque intellectus simplex .s. & compo-
nens est subiectum huius conformitatis, vt
diximus. 2. & 3. Corollario. Veritas igitur
formaliter subiectiue inest cum in simplici,
tum in componente intellectu.

Porro obiectiue, id est, vt obiectum cog-
nitum, veritas in solo reperitur intellectu
componente, id quod sic ostenditur. Solus
intellectus componens cognoscit sui cum
re intellecta conformitatem: igitur veritas
obiectiue in solo reperitur intellectu com-
ponente. Consecutio patet, quoniam cog-
noscere verum, qua huiusmodi, hoc est, vt
obiectum, nihil est aliud, quam cognosce-
re sui cum re intellecta conformitatē. An-
tecedens ostenditur. Cognoscere conformi-
tatem nihil est aliud, quam iudicare esse, vel
non esse, quemadmodum est apprehensum:
id quod intellectus efficit cōponendo vnū
conceptum cum altero, ac dicendo ita esse
sicut est: vel vnum conceptum ab altero di-
strahendo, ac dicendo ita non esse, sicut non
est. Solus igitur intellectus componens, ac
diuidens sui cum re intellecta conformita-
tem agnoscit.

Cum vero tradit Aristot. 1 de interpreta-
tione cap. 1. & 4. Metaphys. in solo intelle-
ctu componente, & diuidente verum repe-
riri, loquitur de vero vt obiectum cognitū,
& de intellectu cognoscente ipsum verum.
Hæc est D. Thomæ de veritate sententia op-
posita omnino ei, quam tradidit Durādus.

Quoniam vero vtraq; sententia proba-
bilis est, vtramque sententiā defendi posse
putamus. Quocirca vtriusque partis funda-

menta diluēda sunt, pro Thoma igitur cō-
tra Durandum respondeo, veritatem for-
maliter esse conformitatem intellectus ad
rem per similitudinem in animo inhæren-
tem, per quam intellectus efficitur cōfor-
mis rei intellectæ. Cæterum species siue si-
militudo rei cognitæ potest spectari duobus
modis, vno modo vt habitus quidā in ani-
mo inhærens, altero modo vt comprinci-
pians cum intellectu ipsam intellectionē.
Priori modo est representatiua obiecti ha-
bitualiter duntaxat: posteriori vero modo,
est representatiua obiecti cogniti. Per spe-
ciem etiam acceptam priori modo, obiectū
est præsens apud intellectum in esse intelli-
gibili, quæ ipsa præsentia antecedit tempo-
re, vel natura ipsam actualem cognitionē.
Cæterum per speciem posteriori modo ac-
ceptam obiectum est præsens intellectui in
esse cognito, estque ea præsentia simul na-
tura, & tempore cum actuali cognitione. Ita
primi argumenti in 2. conclusione positi
patet solutio.

Species in-
telligibi-
lis accipi-
potest du-
obus mo-
dis, vno
modo per
modū ha-
bitus, alte-
ro modo
per modū
principij
comprin-
cipiantis
cum intel-
lectu in-
tellectio-
nem.

Ad secundum dicitur, sic & sicut, esse con-
ditiones obiecti vt representati per specie
intelligibilem acceptam posteriori modo,
siue in complexe, siue complexe. Tunc enim
intellectus est verus cum ita per intellectu
dicitur siue complexe, siue in complexe, atq;
cernitur in re. Id quod est aliud nihil, quam
intellectum esse adaquatum rei intellectæ:
Quæ ipsa adaquatio subiectiue est in intel-
lectu, causaliter vero, & quodammodo ef-
fectiue in rebus.

Tunc intel-
lectus est
verus, cū
sic per in-
tellectum
dicitur si-
ue comple-
xe, siue in
complexe
atq; cerni-
tur in re.

Ad tertium dicitur. Veritatem consiste-
re in conformitate intellectus cum re, se-
cundum id, quod se habet ad intellectum
subiectiue: quemadmodum primo & secun-
do Corollario docuimus.

DISTINCTIO

VIGESSIMA.

Resolutio vigessimæ distin-
ctionis,

Distin-

Distinctione vigesima agitur de diuinarum personarum equalitate quantum ad potentiam. Est ergo huius distinctionis unica conclusio, quae est huiusmodi. Diuinae personae sunt secundum potentiam aequales: ita ut nihil plus possit pater quam filius, neque pater et filius simul plus possint, quam spiritus sanctus. Ex quo subinde conficitur, ut quaelibet diuina persona sit omnipotens. Probatur conclusio argumentis, et rationibus Augustini contra Maximum hereticum lib. 3. cap. 14. quae satis patent in litera.

Obijcit hereticus. Pater à nullo est, filius à patre est, igitur pater est potentior filio. Augustinus negat consequentiam. Nam ex eo quia filius à patre est, non concluditur inaequalitas substantiae, ergo neque potestatis, siquidem hoc est Deo posse, quod esse. Quocirca si patris, et filij est unum esse, igitur una, et eadem potentia. Hinc tamen bene colligitur ordo naturae, non quo una persona est prior altera, sed quo una persona est ex altera.

✠ QVÆSTIO ✠
VNICA.

Utrum diuinae personae sint potentia aequales?

Illud etiam ad aequalitatis diuinarum inter se personarum explicationem pertinet exquirere, sint ne diuinae personae pari potentia praeditae, ut scilicet vis omnis diuina aequae in tribus personis cernatur. Negationi haec suffragantur. Potentia principium est actionis, at diuinus pater aliquam potest exequi actionem, quam filius non potest exequi: namque pater generat, filius non generat, igitur filius non est pari cum patre potentia praeditus.

Adde, quia ad omnipotentiam patris pertinet filium generare, ut testatur Augustinus sic inquiring contra Maximum, Nisi pater filium sibi aequalem genuisset, non esset omnipotens. Quare cum filius subinde non possit filium generare, sequitur ut non sit aequae omnipotens atque pater.

Hoc iam loco versatur in controuersia an ne potentia ad actus notionales sub omnipotentia contineatur, nec ne?

Durandus, l. d. 20. q. 1. negat contineri, id vero his argumentis vult esse persuasum. Potentia ex qua aliquis dicitur omnipotens non respicit esse, sed agere, non enim dicitur aliquis omnipotens, quia potest omnia esse, sed quia potest omnia agere: Etenim potentia ex qua aliquis dicitur omnipotens est actiua, potentia autem actiua non respicit esse, sed supponit illud, nempe cum actio sit entis in actu, sed respicit ipsum agere: igitur si est aliquod agere, quod ipsum realiter sit esse suppositi, non cadit sub potentia actiua: at generare est ipsum esse patris, Nam patrem esse, & generare sunt vnum, & idere, vis igitur, & potentia generandi non pertinet ad omnipotentiam, ac proinde pater non ob id, quia generat est omnipotens, neque filius ob id, quia non generat, est impotens.

Præterea, vis & potentia actiua est effectrix alicuius, quod est aliud, vel alterum, auctore Arist. s. Metaphys. At vis & potentia generatrix diuina non est huiusmodi, Nam filius in diuinis ut sit alius, non tamen aliud vel alter, non est igitur verè & proprie potentia actiua, ac proinde sub omnipotentia minimè continetur.

Hæc tamen Durandi sententia aperte repugnat Augustino asserenti, diuinum patrem non fore omnipotentem, si filium sibi aequalem minimè generasset: ex qua Augustini sententia aperte intelligitur, posse generare ad omnipotentiam pertinere.

Quocirca D. Thomae, l. p. q. 42. artic. 6. & Egidij, l. d. 20. q. 1. longè diuersa sententia est: quæ tribus conclusionibus explicatur. Prima conclusio. Si pater non generaret non esset omnipotens. Probatio. Patrem generare nihil

continet

Augustinus contra Maximum lib. 3. cap. 7. ite in lib. 8. quæstionum q. 90

Vtrum potentia ad actus notionales sub omnipotentia contineatur? Durandi opinio.

si pater non generaret, non esset omnipotens

2. conclusio Non generare non arguit potentiam in filio

3. conclusio Filius aequae omnipotens atque pater tamen genere

Augustinus, si autem non potuit, ubi est omnipotentia Dei patris lib. & cap. supra citatis.

x. conclusio

obijcit

si pater non generaret, non esset omnipotens. Consequentia probatur. Quoniam potentia eorum est, quaeabilia sunt, quaeque nullam implicat repugnantiam. Antecedens ostenditur. Si patri repugnaret generare, illa repugnantia ortum haberet, aut ex essentia patris, aut ex relatione cui in patre divina essentia coniungitur: non ex patris essentia, alioqui divina natura esset infœcunda, id quod ad defectum, & summam imperfectionem pertinet. Neque itidem ex proprietate hypostatizata, quandoquidem paternitas stare potest cum generatione, igitur patrem generare nihil in se continet repugnantiam.

2. conclusio. Secunda conclusio. Non proinde filius non est aequè omnipotens atque pater: quia non potest generare. Potentia namque rerum est possibilium duntaxat, sed quae implicitam continent repugnantiam non sunt possibilium, non igitur ob id dicendus est aliquis non omnipotens, quia non potest id efficere, quod repugnat: at filium generare implicitam habet repugnantiam, etenim essentia divina in filio sic coniungitur filiationi, ut non possit stare cum paternitate in eodem supposito, quia in divinis tantum est unus pater, unde si filius generaret esset idem filius, & non filius, filius passiva generatione, non filius, quia pater, nisi ponantur plures filii, igitur. etc.

3. conclusio. Tertia conclusio. Filius est aequè omnipotens atque pater, tamen si filius non generet. Etenim divina persona dicitur omnipotens, non quia habeat divinam essentiam sub omni respectu nato in ipsa fundari, alioqui pater non esset omnipotens, utpote quia non habeat essentiam sub respectu filiationis: sed dicitur omnipotens solus, quia habet divinam essentiam, quae sola est omnipotentia, cum possit in id omne, quod rationem continet possibilis, & producibilis: At divina essentia eadem est in filio, & in patre, & in spiritu sancto, igitur quaelibet divina persona est aequè omnipotens, tamen si non quaelibet possit gignere.

Obiectio. Obijci contra potest. Generare habet rationem possibilis, at essentia ut in filio non potest in hoc possibile, potest autem ut in patre, igitur filius non est aequè omnipotens, atque pater.

D. Thomas negandam putat consecutionem, quandoquidem illud idem posse, quod est in patre, est etiam in filio, non tamen eodem modo. Nam in patre est sub ratione datis, in filio vero sub ratione accipientis, quae admodum eadem essentia est in patre, et in filio, non tamen sub eodem respectu.

Ceterum Egidius negandam putat maiorem. Nam etsi generare habet rationem possibilem simpliciter, non tamen respectu filii, imo vero respectu illius implicat contradictionem.

Durandus utraque solutionem improbat, priorum quidem, quia potentia, quae sub omnipotentia continetur, est verè, ac proprie activa: ac proinde debet alicui attribui per modum potentiae activae, at filio attribuitur per modum potentiae passivae, non est igitur, quod ex ea dicatur filius omnipotens.

Adde, quia essentia non obtinet rationem potentiae, nisi quatenus est principium alicuius actionis, igitur ubi eadem essentia reperitur in multis, in quorum uno non potest exequi aliquam operationem, quam eandem non potest exequi in altero, non propter aliquod impedimentum sed ex natura rei: in illis dicitur eandem esse essentiam: non tamen eandem esse potentiam, at divina essentia est in patre, & in filio: in patre autem est principium alicuius actionis, quam eandem non potest prestare ut in filio: non propter impedimentum aliquod, sed ex natura rei, quia scilicet est in filio iam expleta prima fecunditate, quae ad actum gignendi pertinet: igitur in patre, & in filio ratione communis essentiae, dicitur eadem essentia, non tamen eadem potentia. Quocirca Durandus ut ex hisce evadat difficultatibus, inquit, potentiam ad actus notionales non contineri sub omnipotentia. Porro Egidij solutionem ob id refellendam putat Durandus: quia et si non posse ea, quae simpliciter, & omnino repugnant, nihil detrahit omnipotentiae, non posse tamen illud, quod ex parte solus continet repugnantiam, detrahit omnino, tum, quia illud habet rationem possibilem absolute, & simpliciter, tum, quia alioqui quodque agens esset omnipotens, utpote quod possit in id omne, quod non continet repugnantiam respectu illius, neque est ei impossibile. Haec à viris doctissimis de re proposita tradita accepimus.

Responsio D. Thom.

Responsio Egidij.

Improbatio utriusque responsionis.

Durandi responsio

Erudita Durandi improbatio.

DISTINCTIONIS VIGESIMAE

QVAESTIONIS RESOLUTIONIO.

1. cōclus. Quidqd potest pater potest filius.

PORRÒ huius difficillimæ quæstionis hæc videtur apertior, & vero similior explicatio. Hæc ergo prima statuatur cōclusio. Quid quid potest pater, potest filius. Probatio. Posse sequitur ad esse, sed omne esse quod habet pater, habet filius: igitur quidquid potest pater, potest filius. Maior est apertissima, ostenditur minor. Filius habet divinam essentiam, quæ est omne esse, igitur omne esse quod habet pater, habet filius.

2. cōclus. Potentia generandi pertinet ad omnipotentiam patris.

Secunda conclusio. Potentia generandi pertinet ad omnipotentiam patris. Ostenditur in hunc modum. Si pater non posset generare, non esset omnipotens, igitur vis ad generandum ad omnipotentiam patris pertinet. Consecutio evidens est. Antecedens ostenditur. Si pater in diuinis non posset generare esset impotens, illud siquidem proveniret aut ex repugnantia suppositi, quia .s. proprietates patris constitutiva repugnaret ei respectui, qui in generatione continetur, aut ex defectu naturæ. Non ex repugnantia suppositi. Nam actio generandi non repugnat paternitati: ex defectu igitur illud naturæ proveniret: ita aliquid esse ab esset à patre: ac proinde aliquid posse, igitur si pater non posset generare, non esset omnipotens.

3. cōclus. Non derogat omnipotentia filij, quod non generet, id siquidem non provenit ex defectu naturæ, sed ex repugnantia suppositi.

Tertia conclusio. Quod filius non generet, id nihil derogat omnipotentia filij. Nam quod filius non generat, aut id provenit ex repugnantia suppositi, aut ex defectu naturæ, non ex defectu naturæ, quandoquidem eandem ac perfectissimam habeat essentiam cum patre, igitur ex repugnantia suppositi: quia .s. essentia ut in filio coniungitur respectui, qui simul in eodem subiecto non potest stare cum paternitate, cum in diuis esse non possit nisi unus pater, & unus filius: ut iam alibi docuimus dist. 7. Hæc mihi videtur quæstionis huius apertior, & probabilior explicatio.

REFUTATIO CONCLUS.

1. Argu.

Prima conclusio his argumentis improbat. Posse generare est aliquid posse, hoc autem non reperitur in filio: igitur aliquid

potest pater, quod filius minimè potest.

Secundo, Patrem esse, est aliquid esse, hoc autem ipsum non habet filius: ac proinde non omne esse quod habet pater, habet filius, igitur neque omne posse, quod consequitur esse.

Tertio, Divina essentia est principium alius actionis in patre, in quam eandem non potest essentia ut in filio, igitur filius non habet parem potentiam cum patre. Antecedens patet, siquidem essentia ut in patre est principium actus generandi, cuius tamen eadem essentia ut in filio non est principium.

Secunda conclusio refutatur illis argumentis, quibus Durandus effectum esse voluit, potentiam generandi sub omnipotentia minimè contineri.

DILUTIO ARGUMENTORUM.

Primum igitur argumentum diluit Divus Thomas negata minore propositione. Nam illud idem posse quod reperitur in patre, reperitur in filio, non tamen eodem modo, sed in patre actuè, in filio vero passivè.

Quæ enim vis, & potentia inest in patre ut gignat: eadem inest in filio ut gignatur.

Egidius respondet maiorem sic interpretans, nisi alias implicitam contineat repugnantiam: iam autem in filio posse generare continet repugnantiam: ac proinde in filio posse generare non est aliquid possibile.

Aptius dicitur, veram esse maiorem quando vis, & potentia non est præventa per actum habentem terminum adæquatum, id quod cernitur in diuinis. Nam filius est terminus adæquatus potentia, & facultatis generatricis divinæ, & ideo quavis in filio sit omne esse, non tamen omne posse: id quod provenit non ex imperfectione, sed ex præventionem.

Ad Secundum respondetur. Patrem esse, secundum formalem rationem, non dicere aliquid, sed ad aliquid: neque ponere aliquid in eo in quo est: sed totum quod est alterius esse: ac proinde neque perfectionem, neque imperfectionem declarare. Nam omnis perfectio limitatur ab esse eius, cuius est perfectio, ratio vero formaliter est ad aliud, non in alio. Caterum patrem esse secundum entitatem dicit aliquid, & ponit aliquam

2. Argu.

3. Argu.

Ad 1. ref. potest. Tho. 1. p. q. 43. art. 6. ad 3.

Egidij ref. posio ubi supra.

Authoris responsio. Filius non generat quia potentia generandi in filio est præventa per terminum sibi adæquatum. Ad 2.

Relatio in diuinis formaliter non importat perfectionem, quia omnis perfectio sumitur ab esse eius, cuius est perfectio, ratio vero formaliter est ad aliud, non in alio, et

titatiu men & aliter i portat sectio eandem licet essentia uina. omne diuin est esse uina sentia Ad

Ad ar menta ranti ponit Ad

Ad

aliquam entitatem in subiecto, hoc ipsum autem esse, est ipsum met esse diuinæ essentia. Nam omne esse diuinum est esse diuinæ essentia. Quidquid igitur esse includit patrem esse, hoc ipsum est etiam filij, licet non sub eodem respectu. Namque illud idē esse, quod est patrem esse secundum rem, est in patre sub respectu paternitatis, in filio vero sub respectu filiationis.

Ad tertium, dicimus optimam esse illam consecutionem, quando illud prouenit ex imperfectione naturæ, secus si proueniat ex præuentione potentia per adæquatum terminum, sic res habet in proposito. Est igitur impedimentum ex natura rei non simpliciter, sed ut coniunctæ tali respectui.

Argumenta porrò Durandi, quæ valent ad secundæ conclusionis refutationem, diluuntur hoc pacto. Ad primum negatur consecutio. Nam satis est ut illa potētia sit principium actus inferentis terminum realiter distinctum ab agente. Quamuis ergo suppositum constituatur per talem potētiam, & per tale agere, quia tamen illa actio terminatur ad aliquid realiter distinctū ab agente, hinc fit ut vis, & facultas ad talem actionem cōtineatur sub potentia actiua, ac proinde ad omnipotentiam pertineat.

Ad secundum respondetur, formalē rationem potentia actiua in eo consistere, ut ex ipsa sit aliquid, idque per abstractionē, ab eo, quod est aliud, vel alterum.

Ad 2. Ad secundum respondetur, formalē rationem potentia actiua in eo consistere, ut ex ipsa sit aliquid, idque per abstractionē, ab eo, quod est aliud, vel alterum.

DISTINCTIO VIGESSIMA PRIMA.

¶ Resolutio vigessimæ primæ distinctionis.

Vigessima prima distinctione docet Magister quo pacto dictiones exclusiue sint accipiendæ in diuinis. Est ergo prima huius distinctionis conclusio. Sane dici potest solus pater, solus filius, solus spiritus sanctus. His siquidem locutionibus signifi-

catur quod una persona non est alia, non tamen quod una persona sic sine alia. In se parabiliter siquidem & pater cum filio, & filius cum patre est, & spiritus sanctus cū utroque. Solus tamen pater in diuinis est pater, & solus filius est filius, & solus spiritus sanctus est spiritus sanctus.

Secunda conclusio. Hæ propositiones non veniunt admittende, solus pater est Deus, pater est solus Deus. Hæ tamen sunt admittende, Trinitas est solus Deus, solus Deus est Trinitas, pater scilicet filius, & spiritus sanctus. Vnde de sacrosancta personarum Trinitate sunt intelligenda illa Apostoli verba. 1. Timoth. 6. Beatus, & solus potens, qui solus habet immortalitatem. Et illa. 1. Timoth. 1. Regi autem seculorum immortalis, & inuisibili, soli Deo honor, & gloria.

Tercia conclusio. Etsi de patre solo prædicta dicerentur, non proinde excluderentur filius, & spiritus sanctus, utpote quia hi tres unum sint, & inseparabiliter se coexigant.

QVAESTIO VNICA.

Verum dictio exclusiua possit adiungi termino essentiali, siue personali in diuinis?

Prima conclusio. Dictio exclusiua supra categorematica (sumitur autem categorematica, cum ponit solitudinem supra terminū cui adiungitur) nulli termino siue essentiali siue personali in diuinis adiungitur, velati si dicatur absolute, solus Deus, solus pater, sic enim poneret solitudinem circa Deum, & circa patrem, at in diuinis nihil est solitariū.

DISTINCTIONIS VIGESSIMAE PRIMAE

2. cōclus. Secunda cōclusio. Dicitio exclusiua syn-
categorematice sumpta (sumitur autē syn-
categorematice cum excludit omne aliud
à subiecto, à consortio prædicati) adiungi
potest termino essentiali in diuinis, tam res-
pectu prædicati essentialis, quam persona-
lis. Nam omnia alia à Deo possunt excludi
à consortio talis prædicati. Vnde hæc sunt
veræ, solus Deus creat, solus Deus est bonus,
solus Deus est pater, accipiendo patrem pro
persona patris. Etenim nihil aliud præter
Deum creat, nihil præter Deum est bonum,
& nullus alius à Deo est persona patris.

3. cōclus. Tertia conclusio. Dicitio exclusiua adiun-
cta termino personali in diuinis, respectu
termini cōmunis siue essentialis, de rigore
est falsa, de pia tamen interpretatione est
vera. S. Tho. 1. p. q. 31. art. 3. 4. Durandus. l. d.
21. q. 1. 2. Probatio prioris partis. Dicitio exclu-
siua excludit à consortio prædicati quidquid
nō est vnū cum subiecto, vnum inquam aut
supposito, aut per essentiam: at quælibet di-
uina persona differt supposito ab altera per-
sona: igitur si addatur exclusiua termino per-
sonali respectu essentialis, veluti si dicatur, so-
lus pater est Deus, quemadmodum dicitur
Ioan. 17. vt cognoscant te solum Deum, de
rigore excluditur filius à consortio Deitatis:
ac proinde illa locutio de rigore, & iuxta
vim structuræ, & coniunctionis verborum est
falsa. Notāter dictū est in maiore, quidquid
non est vnū cum subiecto, vnum inquam aut
supposito, aut per essentiam. Nam quæ sunt
vnū cum subiecto, aut supposito, aut per es-
sentiā minimè excluduntur. Ita fit vt nō ex-
cludatur vniuersale, quādoquidē sit vnū per
essentiā cum subiecto. Neque itidē excludan-
tur partes, & accidētia inharētia in subiecto.
Hęc siquidē sunt vnū supposito cū subiecto.

4. cōclus. Posterior pars conclusionis ostēditur. Illæ
propositiones exponuntur duobus modis,
vno modo excludendo aliud neutraliter à
consortio prædicati, altero modo excludēdo
aliū masculine. Priori modo locutio est ve-
ra: sic enim exponitur. Solus pater est Deus,
id est, pater est Deus, & nihil quod est aliud
à patre est Deus. Id quod verissimū est. Sic

enim sola creatura à cōsortio prædicati ex-
cluditur, non persona diuina aut filij, aut spi-
ritus sancti, quæ nō est aliud à patre. Poste-
riori tamen modo locutio est falsa. Namque
filius est alius à patre, & est Deus. Prior expo-
sitiō est impropria, hæc vero propria, & ad
vim dictionis exclusiue accommodata.

Altero modo exponuntur illæ propositio-
nes excludendo à cōsortio formæ importa-
tæ per subiectum, interuentu subintellectæ
implicationis, in hunc modum. Solus pater
est Deus, id est, ille, qui est pater, & præter
quem in diuinis nullus alius est pater, est
Deus. Eodem modo exponitur illa Christi
locutio. Nemo nouit filium nisi pater, id est,
ille qui est pater, & præterquem in diuinis
nullus alius est pater, nouit filium. Illa etiā
ecclesiæ. Tu solus sanctus, tu solus dominus,
sic exponitur, ille qui est filius, & præterquē
in diuinis nō est filius, est sanctus, est domi-
nus. Cæterum hic sensus vi locutionis mi-
nimè continetur: ac proinde tales proposi-
tiones de rigore, vt dicitur, sunt improprie:
suntque proinde piè interpretandæ.

Quarta conclusio. Dicitio exclusiua appo-
sita vni relatiuorum respectu huius prædi-
cati, est, non excludit reliquū, quandoquidē
relata mutuo se se quoad existētiam coexi-
gunt, vnde cum dicitur, solus pater est, non
excluditur filius, at respectu alterius præ-
dicati, excludit, Nam cum dicitur solus pa-
ter currit, filius à cursu excluditur. Hoc ip-
sum tamen in diuinis minimè verum est,
vti conclusione superiore docuimus. Non
enim si solus pater nouit filium, iam spiri-
tus sanctus non nouit, etcat.

DISTINCTIO VIGESSIMAE SECUNDA,

¶ De diuinis nominibus. ¶

¶ Resolutio distinctionis XXII.

Distinctione vigesima secunda agit
Magister de nominibus quibus uti-
mur, cum de unitate Dei, & ineffabili

Trini-

Explicatio per implicationem.

4. cōclus.

Trinitate loquimur. Porro horum nominum sex differentias exponit. Sunt igitur diuinorum nominum quedam quae distinctionem personarum significant, ut pater, filius, & spiritus sanctus, masculinabile, verbum, genitus, procedens. Sunt alia quae unitatem essentiae declarant, ut sapientia, Bonitas, veritas, aeternitas. Alia sunt quae per similitudinem Deo attribuntur ut speculum, character, etc. et.

Sunt alia quae ex tempore Deo conueniant, & relationem Dei ad creaturam important, quorum duo sunt genera, quedam enim communiter de omnibus personis dicuntur, ut creator, dominus, quedam vero non de omnibus, sed speciatim de quibusdam dicuntur, ut donatus, datus, missus. Postremo, hoc nomen trinitas de nulla persona singulatim dicitur, sed de omnibus simul.

Hac igitur diuinorum nominum partitione praemissa ponitur prima conclusio. Nomina quae distinctionem personarum significant, & relatiue ad se inuicem dicuntur, & singulis personis attribuntur, tanquam earum propria, ut pater, filius, & spiritus sanctus.

Secunda conclusio. Nomina quae unitatem essentiae significant, & ad se dicuntur, & de omnibus personis communiter, & de singulis sigillatim praedicantur, idque singulariter, & nullo modo pluraliter, ut Deus, bonus, potens, verus, etc. et. Probaturs conclusio auctoritate Augustini.

QVAESTIO .I.

An ne possit Deus à nobis nominari?

P

Ro explicatione quaestionis tres subijciuntur conclusiones, quarum haec est prima. Deus in vita nominari potest à nobis, id vero sic volumus esse persuasum.

Deus in vita cognosci potest à nobis, at quidquid est cognoscibile, est etiam nominabile, igitur Deus in vita nominari potest à nobis. Maiori fidem facit grauisima scripturae auctoritas, dicitur enim ad Rom. 1. Inuisibilia Dei ex ijs, quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas. Id ipsa ratione sic ostenditur. Nihil potest diligi, nisi quod potest cognosci, at Deus in vita diligi potest à nobis, alioqui Deus minime praecipisset ut ipsum diligeremus, Deus igitur cognosci potest à nobis.

Secunda conclusio. Deus nominatur à nobis nominibus rerum creatarum. Etenim res quaeque eodem modo nominatur quo modo cognoscitur: at Deus cognoscitur à nobis ex rebus creatis, quemadmodum ex superiori scripturae testimonio intelligitur. nominatur igitur Deus à nobis ijs nominibus, quibus res procreatae nominantur.

Tertia conclusio. Deus varijs nominibus nominatur. Nam quod variè cognoscitur, variè etiam nominatur, at Deus variè cognoscitur in vita, variè etiam nominatur.

Quod vero ad minorem propositionem attinet, docet Dionysius diuinitatis cognoscenda triplicem esse rationem, scilicet per efficientiam, per eminentiam, & remotionem. Per efficientiam, hoc est, inuestigatione causarum. Nam cum effecta in causas referimus, aliasque ex alijs continuata serie persequimur, tandem concludimus esse summam aliquam, & principale causam, à qua omnia sunt profecta, cum ipsa aliunde ortum non habeat: quaeque omnibus motum afferat. Neque enim in causis inuicem coherentibus, & conexus, fingi aut dari progressus in infinitum potest.

Per rationem vero eminentiae Deus cognoscitur, cum omnis, quae in creatis rebus cernitur, perfectio Deo attribuitur. Cumque id quod in effectu cernitur, praestantius insit in causa, di-

1. conclusio. Deus nominari potest à nobis.

2. conclusio. Deus nominatur à nobis nominibus rerum creatarum.

3. conclusio. Deus variè nominatur.

Triplex cognoscenda diuinitatis ratio apud Dionysium in lib. de diuinis nominibus cap. 2 Per efficientiam.

Per eminentiam.

DISTINCTIONIS VIGESSIMAE SECUNDAE

cimus illas perfectiões Deo eminentius cōuenire: ac proinde cūctis illū rebꝫ antecellere.

Per negationem, siue remotiōnem Deum cognoscimus, cum omnē, quam in creaturis cernimus imperfectionem, siue in toto genere creaturarum, siue in parte cōspiciatur, Deo detrahimus. ¶ Hinc iam existunt tria genera nominum. Nam ex ratione efficiētiæ existunt nomina importantia habitudines quasdam Dei ad creaturas, ceu creator, gubernator, ædificator.

Ex ratione vero eminentiæ sumuntur nomina, quibus significatur aliqua perfectio Dei, vel simpliciter, vel secundum aliquem definitum essendi modum. Est autem perfectio simpliciter, quam in re quaq; melius est inesse, quam non inesse, ac proinde illud in quo inest talis perfectio simpliciter melius est omni non tali: ceu ens melius est nō ente, & cognoscēs simpliciter melius est omni non cognoscēte, & vivens omni non viuēte. Non sic se habet albedo ad rem in qua inest, nō enim in quolibet melius est illud, quā non illud, neq; album simpliciter melius est omni non albo. ¶ Porro perfectio certū essendi modū declarās varia est, aut enim soli Deo conuenit ille essendi modus, vt esse omniscium, omnipotentem, omnibus consulentem, aut certo generi creaturæ, vt ratio cinari ipsi homini, sentire animali.

Ex ratione vero negationis, siue remotiōnis existunt nomina priuātia, veluti immēsum, infinitum, immateriale, quibus declaratur exclusio alicuius imperfectionis.

Interest autem inter hęc nomina, quoniā illa nomina, quibus habitudo Dei aliqua ad creaturas declaratur, pertinent ad theologiam naturalem, quæ explicationem cōtinet diuinarum rerum via, & inuestigatione naturæ, qua ratione Pythagoras, Plato, Aristoteles, ac cæteri philosophi res diuinas tractauerunt. Ea vero nomina, quibus declaratur perfectio aliqua secundum determinatum gradum, qui soli creaturæ conuenit, pertinent ad theologiam symbolicam, quæ nominibus rerū sensibiliū, & corporearum res diuinas tractat. Quæ explicandarū

diuinarum rerum ratione in parabolis euāgelicis vsus est dominus Iesus Christus.

Porro nomina quibus perfectio declaratur aut simpliciter, aut secundum definitum gradum, qui in solo Deo reperitur, mysticæ theologiæ inseruiunt. Quæ in diuinis rebus tractandis nominibus vtitur rerum in sensibiliū & incorporearū, docens Deum esse mentē, ipsam vitam, ipsam bonitatē, ipsam essentiā, ipsam lucē, ipsā deniq; veritatem.

✠ QVÆSTIO. 2. ✠

Vtrum aliquod nomen proprie Deo conueniat?

Nitio notandum, propriū, accipi duobus modis, vno modo vt distinguitur cōtra cōmune, altero modo vt distinguitur cōtra translātū. Priori modo propositæ quæstionis hęc est sentētia, An ne Deo aliquid nomen sic conueniat, vt illius solū sit proprium, neq; rei alteri possit attribui? Posteriori vero modo hęc est intelligentia quæstionis, An ne nomen aliquod sic Deo cōueniat, vt res, quæ nomine declaratur, formaliter in Deo reperiatur, an cōtra similitudo aliqua ipsius. Etenim nomen aliquod propriè alicui cōuenire nihil est aliud, quā rem nomine significatā in eo reperiri, trāsulate vero cōuenire, est non rem significatam nomine, sed ipsius aliquā similitudinē inueniri. Hoc modo non quidē propriè, sed similitudine dicuntur prata verno tēpore ridere. Nam quē ad modū risus gestientis animi lætitiā ostendit, ita virētia prata intuentium oculos exhilarāt: sub priori igitur sensu quæstio hoc loco nō est ad tractandū proposita, quando quidē ea tractatio eadē est ei, quæ in inuestigatione proprii cōceptus Dei, simplicis & absolute versatur, quæ à nobis est supra. s. d. 3. tractata, sub posteriori igitur sensu quæstio tractanda suscipitur. Quocirca pro ipsius explicatione vnicam statuimus conclusionem.

Non quæcunq; nomina Deo attribuuntur, propriè eidem conueniunt. Etenim, vt i præposuimus,

eam No-
mina ve-
ro absolu-
ta ea, qui-
bus decla-
ratur per-
fectio aut
simplici-
ter, aut se-
cundū de-
finitū gra-
dum qui
soli Deo
conuenit,
pertinent
ad Mysti-
cam theo-
logiam.

Propriū
nomen di-
citur du-
pliciter,
vno mo-
do quod
soli, & nul-
li alteri cō-
uenit, alte-
ro modo
quod con-
uenit secū-
dum pro-
prium si-
gnificatū,
& nō per
similitu-
dinem.

Cōclusio
vnica.

Per remo-
tionem.

Tria gene-
ra nomi-
num exi-
stūt ex tri-
plici illa
ratione
Dei in co-
gnoscēdi.
Ex prima
existūt no-
mina re'a
tiua, ex se-
cunda no-
mina ab-
soluta, ex
tertia no-
mina ne-
gatiua.
Perfectio
simplici-
ter qd est.

Perfectio
secūdam
aliquē es-
sendi mo-
dum, va-
ria est.
Aut enim
soli Deo
conuenit
ille modus
essendi,
aut certo
generi cre-
aturarū.

Nomina
relatiua p-
tinent ad
theologiā
naturale.

Nomina
vero abso-
luta, qui-
bus decla-
ratur cer-
tus essen-
di modus
creaturæ
conueni-
ens: perti-
nēt ad the-
ologiam
symboli-

Non
nia
na
Deo
buu
prop
dem
uen
vt po
non
nium
minū
nific
in De
peria

1. A

Non omnia nomina quae Deo attribuantur proprie eidem conveniunt, utpote quae non omnium nominum significationem in Deo reperiatur. posuimus, nomen proprie alicui convenire, est aliud nihil, quam rem quae significatione nominis continetur in aliquo reperiri, at non omnia, quae Deo attribuantur, nomina res declarant, quae in Deo reperiuntur, relinquuntur igitur non omnia, quae Deo attribuantur, nomina proprie eidem convenire. Minor facile intelligitur, si singula nominum genera persequamur, Nam principio nomina, quibus declaratur aut exclusio imperfectionis, aut perfectio simpliciter, aut secundum determinatum gradum, qui soli Deo convenit, proprie Deo conveniunt, nempe cum in Deo res inveniuntur illae, quae illis nominibus primum significantur: illa vero nomina, quibus significatur perfectio secundum determinatum gradum, qui soli Deo convenit, proprie Deo conveniunt, nempe cum in Deo res inveniuntur illae, quae illis nominibus primum significantur. Illa vero nomina quibus significatur perfectio secundum determinatum gradum, qui in sola creatura cernitur, metaphorice Deo conveniunt, siquidem formaliter non inveniuntur in Deo res, quae nominibus illis significantur, sed solum earum rerum similitudines. Nam sensus Deo attribuitur, quia cognoscit singularia. Dicitur etiam leo, quia summa fortitudine praeditus est. Hinc iam intelligitur nomen aliquod Deo proprie convenire, id quod in quaestionem adductum est.

REFUTATIO CONCLUS.

1. Argu. Proprie nomen alicui convenire, est eidem formaliter convenire, At nulla nomina formaliter Deo conveniunt, igitur nullum nomen proprie Deo convenit. Minor quoad ea nomina, quae metaphorice Deo conveniunt, satis patet, super est id ut in ceteris nominibus ostendamus, in ijs. scilicet quae habitudine Dei ad creaturas, ut creator, gubernator, quaeque simpliciter perfectionem declarant, ut sapiens, bonus, etc. Ac nomina habitudine declarantia non convenire Deo formaliter, hinc ostenditur. Illud nomen formaliter Deo convenit, inquit Alfonso, 1. d. 22. q. 1. cuius formale significatum in Deo reperitur, sublato interim omnino, quod non

est Deus, at formale significatum nominum importantium habitudinem Dei ad creaturas, non reperitur in Deo omnino sublato, quod non est Deus, non enim Deus creator diceretur, si creatura nulla esset, nisi forte fundamentaliter, igitur ea nomina Deo formaliter non conveniunt.

Porro nomina perfectionem simpliciter significantia non convenire Deo formaliter, sic ostenditur. Quae in aliquo eminenter reperiuntur, non conveniunt eidem formaliter, at significata illorum nominum eminenter in Deo reperiuntur, non igitur formaliter eidem conveniunt.

Pro intelligentia maioris propositionis, notandum est aliquid inesse in altero tribus modis, scilicet causaliter, formaliter, & eminenter, causaliter ut calor in sole, formaliter ut calor in igne eminenter, ut vegetativum in sensitivo. Illud enim dicitur continere aliud eminenter quod continet illud sub aliqua perfectione eminentioris, & perfectioris gradus. Hoc modo centusis continetur in aureo nummo. Non enim centusis in aureo nummo formaliter continetur: siquidem centusis non sit aureus formaliter, neque tamen causaliter, siquidem centusis non valet efficere nummum aureum, sed continetur eminenter, utpote quia aureus nummus sit perfectioris gradus, valens centusis, & amplius aliquid. Hoc modo vegetativum in sensitivo, & sensitivum in rationali continetur. Vera est igitur maior illa propositio, nempe, quae eminenter in aliquo reperiuntur, eidem formaliter minime convenire.

Minor porro probationis eius, qua ostenditur significata illorum nominum, quae perfectionem simpliciter declarant, in Deo non reperiri formaliter, sic ostenditur. Continere aliquid eminenter est praestantius quam continere illud formaliter, at quidquid est excellentius omnino est Deo attribuendum, relinquuntur igitur Deum esse illum quidem bonum & sapientem, non formaliter, sed eminenter.

Item, quod sub una perfectione continet perfectionem duarum formarum disparatarum non est formaliter aliqua illarum, alioqui disparata darent idem esse formale, at Deus sub una perfectione, nempe divinae essentiae, omnia

in esse aliquid in aliquo contingit tribus modis scilicet causaliter, formaliter, & eminenter.

Continere aliquid eminenter quid sit.

Praestantius est aliquid continere eminenter, quam formaliter.

DISTINCTIONIS VIGESIMAE SECUNDAE

complectitur, quæ eidem attribuuntur, est enim suamet essentia bonus, & suamet essentia sapiens: igitur non est formaliter bonus, aut formaliter sapiens. Hæc sententia probata est Francisco Marchioni. l. d. 22. q. 1. quæadmodum ibi refert Alfonso Toletanus.

DILVTIO ARGVMENT.

Ad 1.
Quæcun-
q; in Deo
eminenter
reperiuntur,
formaliter
eide
conueniunt

Negandam putamus minorē, nempe nulla nomina formaliter Deo conuenire: siquidē quæcunq; in Deo eminenter reperiuntur, etiam formaliter eidē conueniūt. Id quod ostenditur hoc modo. Id quod est eminenter tale, simpliciter & absolute non est formaliter tale, hoc est, illud non est in ipso formaliter, ceu anima sensitua nō inest formaliter in intellectu, & calor nō inest formaliter in sole, at omnis perfectio simpliciter omnino & formaliter cernitur in Deo, igitur quæcunq; eminenter in Deo continetur, etiam formaliter continetur. Minor ostenditur. Perfectio simpliciter illa esse definitur, quā meli⁹ est inesse, quā non inesse, at quod in re quaq; melius est inesse, quam nō inesse necessario inest in Deo, oīs igitur perfectio simpliciter, non solum eminenter, & virtualiter, sed etiā formaliter cernitur in Deo. Ita minor primi discursus est falsa.

Perfectio
simpliciter
quod est.

Nomina
importā-
tia habitu-
dinē Dei
ad creatu-
ras, forma-
liter Deo
conueniūt
sub esse ha-
bituali, li-
cet nō sub
esse actu-
ali.

Quod vero ad probationem illius attinet, quoad illa nomina, quæ importāt habitudinē Dei ad creaturas, vt creator, gubernator, omnino dicimus illa etiā nomina formaliter Deo conuenire. Nam habitudo, quæ formaliter illis nominibus declaratur, pōt accipi duob⁹ modis, vno modo sub esse virtuali, altero modo sub esse actuali, siue exercito. Priori modo, etiam sublata omni creatura, Deus est creator, habet enim diuinā essentiā in qua vis inest ad creandū: tamen si nihil extra procreatur. Posteriori vero modo, nō itē.

Obiectio.

Obijci tamen contra potest. Illud nomen dicitur propriē, & formaliter conuenire cuius formale significatū in Deo formaliter & subiectiuē reperitur, at formale significatū eorum nominū, quib⁹ declaratur habitudo, non inest in Deo subiectiuē, sed in creatura, reliquitur igitur nomina importātia habitu-

dinē ad extra in Deo formaliter nō reperiri.

Dicimus illam habitudinē, esse illam quidem in Deo, & si non subiectiuē, saltem terminatiuē, terminat enim diuina essentia habitudinē realem creaturæ ad ipsam, vel sub esse actuali, vel virtuali, siue habituali.

Quod vero ad probationem eiusdem minoris attinet, quoad illa nomina, quæ simpliciter perfectionē declarant, negandā putamus maiorem, quādoquidē putamus etiam ea, quæ eminenter in Deo reperiuntur, formaliter Deo conuenire, cuius rei rationē paulo superius subieciimus.

Ad priorem vero in contrarium rationē, negatur maior. Nam præstantius est esse formaliter, & virtute calidum, quam solum virtute calidum.

Ad posteriorē vero dicitur, Deum eodē radicaliter esse bonum, iustum, & sapientem, non tamen eodem formaliter. Nam bonitate formaliter est bonus, & iustus iustitia, & sapiens sapientia, at radicaliter, siue fundamentaliter est bonus, sapiens, & iustus suamet essentia: quæ omnium in se rerum continet perfectiones.

✠ QVÆSTIO. 3. ✠

Vtrum diuina nomina sint synonyma?



Conclusio responsua negatiua est, quæ est huiusmodi. Non sunt synonyma nomina diuina. Etenim diuina nomina vnam, eandemq; rem sub vno conceptu minimē declarant, non sunt igitur synonyma. Cōsecutio patet, quoniam synonyma sunt, quæ eandem rem sub vno conceptu declarant. Pro antecedentis probatione notandum est, diuinam essentiā diuinis nominibus diuerso modo explicari. Nam nomina absoluta positiua diuinam aliquam perfectionē declarantia de principali significato diuinā essentiam important, siquidem non est alia res diuina essentia, & diuina perfectio, sed vnum & idem.

Responso

Deus eodē radicaliter est iustus, sapiens, & bonus, nō tamen eodem formaliter. Nam bonitate formaliter est bonus, & iustus iustitia. At suamet essentia radicaliter est bonus, sapiens, iustus.

Cōclusio vnica.

Nomina synonyma

Nomina diuina omnia essentiam diuinā declarant, non tamen eodem modo. Nam positiua absoluta de principali significato diuinam esse

At

DILVTIO ARGVMENTI.

Negatur cōsecutio. Nam varietas & multitudo rationum in Deo non prouenit ex natura rei, est siquidem diuina natura in se summe, & omnibus modis vna, sed ex imbecillitate nostri intellectus, non valentis summam diuinæ naturæ vnitatem percipere. Namq; intellectus hominis, quoad modum intelligendi, cū perfectionibus à Deo in creaturas dimanantibus quadam proportione consentit. Ex quo efficitur, vt quæ admodum in creatis rebus aliud est sapientia, aliud bonitas, ita etiam in intellectu hominis aliud sit bonitas, aliud sapientia.

Multitudo rationum in Deo prouenit, non quidem ex natura rei, sed ex imbecillitate nostri intellectus non valentis illam summam vnitatem percipere.

Accedit, quia mens hominis perinde diuinitatem intelligit, atq; eam res creatæ representant: at creaturæ multis ac distinctis perfectionibus, vnam & summam perfectionem quæ Deus est, representant, mens igitur hominis sub varijs notionibus diuinitatem intelligit.

Hinc intellige diuersitatē & causam tam multarum notionum & rationum, ex parte quidem Dei, esse summam, & omnibus modis perfectam diuinæ naturæ vnitatem, ex parte vero nostri intellectus, esse eiusdem finitudinem, & limitationem. Ex quo iam intelligitur solum Deum se intelligere vnica notione, vt qui summam sui vnitatem comprehensam teneat. Tho. 1. p. q. 13. art. 4.

Causa tam multarum rationum fundamentalis quidem, est summa simplicitas diuinæ essentiae, effectiua vero, est nobis intellectus finitus & limitatus. Thomas.

DISTINCTIO VIGESSIMATERTIA.

¶ Resolutio vigessimæ tertiæ distinctionis.

Distinctione vigesima tertia specialiter agitur de hoc nomine, persona, estque proinde huius distinctionis prima conclusio. Quamuis hoc nomen persona et ad se, et secundum substantiam dicatur, pluraliter tamen, et non singulariter dicitur in diuinis. Ac personam secundum substantiam

At nomina positiua relatiua dicunt illa quidem diuinam essentiam, non tamen de principali significato, sic enim solam habitudinem ad aliud significant, sed materialiter, & fundametaliter. Creator enim de formali significat habitudinem, interim connotando diuinam essentiam fundantem illam habitudinem. Hoc ipsum etiam sentiendum est de relationibus internis, significant enim cum essentiam, tum relationem, ceu pater & filius significant diuinam naturam sub relationibus paternitatis, & filiationis. Paternitas vero & filiatio solam, qua huiusmodi, habitudinem declarant.

Ex quo iam intelligitur ceterorum generum rationem formalem in Deo minimè reperiri, quemadmodum doctissimi Theologi annotauerunt. Thom. 1. d. 22. q. & Egidius eadem distinctione. Non enim cetera predicamenta manent in Deo secundum suum genus. Est enim Deus magnus sine quantitate, bonus sine qualitate, At relationes inueniuntur in Deo secundum sui generis rationem formalem. Non enim Deus est pater sine habitudine, & relatione. Ita fit, vt relationes in diuinis non significant substantiam, neq; per modum substantiæ: nempe quia de principali significato significant habitudinem, & relationem.

Nomina vero negantia, vt infinitum, immateriale, etcat. de principali significato significant, priuationem alicuius defectus: connotant vero diuinam essentiam, a qua remouetur talis defectus, in finitum enim est diuina essentia expers finitudinis. Ita fit vt omnia diuina nomina, diuinam essentiam, vel de principali significato vel de connotato declarent, & ita non eodem modo eandem rem declarent.

REFVTATIO CONCLUSVS.

SI diuina nomina non dicerent idem re, & ratione, Deus non esset summe vnus, neq; diuina essentia esset summa vnitatis, consequens est falsum, igitur & antecedens. Consecutio patet, siquidem Deus non est vnum re, & ratione, sed vnum re, & multiplex ratione.

sentiã im
porrat, at
relatiua,
de princi
pali signi
ficato sig
nificat re
lationem,
fundamē
taliter ve
ro, & ma
terialiter,
ipsam es
sentiam.

solum ad
aliquid se
cundū for
male rati
onem in
Deo repe
ritur, cæ
tera vero
genera no
ntem.

Nomina
priuantia
diuina de
principali
significa
to signi
ficant re
mouent
alicui de
fectus, cō
notant ve
ro diuinā
essentiam
a qua re
mouetur
ille defe
ctus.

DISTINCTIONIS VIGESSIMAE TERTIAE

Substantiā, & ad se dici, pluraliter & nō singulariter probat Mag. testimonio Aug.

Secunda conclusio. Quod latini dicunt tres personas, Graeci dicunt tres substantias, siue tres hypostasēs. Hypostasis enim Graecè idem valet quod substantia apud latinos, tametsi latini substantiam capiant pro essentia: ac proinde apud latinos non rectè dicimus tres substantias, sed unam substantiā, quemadmodū & unā essentiā.

Tertia conclusio. Personae nomen commune quiddam est, & predicabile de patre, filio, & spiritu sancto.

Quarta conclusio. Tametsi hoc nomen Deus commune quiddam sit, & predicabile de patre, filio, & spiritu sancto, non tamen quemadmodum dicimus tres personas, iam dicimus tres Deos. Huic enim propositioni aperte repugnat scriptura, illam vero et si non tradidit, eidē certe non contradicit.

Quinta cōclusio. Personae nomen à latinis est inuentum, ut querentibus quid tres? responderent, tres personae. Ob eandē causam nomen hypostasis repertum est à Graecis, ut scilicet querentibus quid tres? responderent, tres hypostasēs.

QVÆSTIO. I.

Vtrum personae nomen sit nomen rei, aut intentionis?



UPERIORI DISTINCTIONE de diuinis nominib⁹ generatim actū est: subinde hac XXIII. distinctione de personae nomine speciatim disputatio suscipitur, quoniam, quod ad diuina at-

tinet, speciales habet hoc nomen difficultates, quemadmodum Magister aperte docet in contextu: pro quarum explicatione, illud primo exquirendum duximus, sit ne hoc nomen persona, nomen rei, an intentionis potius. Hoc siquidem est explicandarum difficultatum fundamentum.

Sunt igitur quibus visum sit, personae nomen esse nomen intentionis, nō rei, id quod hisce rationibus volūt esse persuasum, quē admodum est apud Durand. l. d. 23. q. 1. item apud Heruzum. l. d. 23. q. 1. Omne, inquit, nomen rei subest intentioni generis, aut speciei, aut individui, atqui personae nomen nulli huiusmodi intentioni subest, non est igitur nomen rei. Maior patet, siquidē omne nomen rem aliquam declarans, ad categoriam pertinet, refertur autem ad categoriam sub generis, speciei, aut individui intentione, igitur, etc. Minor ostēditur, quoad illa duo, nempe quod non subit intentioni generis, aut speciei. Nam nomina quae sub sunt illis intentionibus res significant cum multis specie, aut numero differentibus cōmunes: at personae nomen rem significat incommunicabilem, ut patet, ex ipsius definitione, est enim inquit Boetius, persona rationalis naturae incommunicabilis subsistētia: non igitur subest intentioni generis, aut speciei, ac proinde non est nomen rei, cui conueniat esse genus aut speciem.

Neq; itidem est nomen rei sub intentione individui. Nam individuum de vno solo dicitur, at persona dicitur de multis, ijsq; natura intellectiua praeditis, non est igitur personae nomen rei sub intentione individui.

Præterea, id quod in omni genere est in-
diuiduum, & in genere substantiae est sup-
positum, in natura intellectuali est persona,
at haec nomina, suppositum, indiuiduū, sunt
nomina intentionū, non rerum, igitur no-
men personae est nomen intentionis nō rei.
Appellatur autem hoc loco intentio, non
quidem illa ratio quam format intellectus
de re cognita, atque animo concepta, cuius
generis sunt genus, & species, sed nomen
aliud nomen denominans, siue conditio
opposi-

Opinio, quod per sona non sit nomē rei, sed intentionis. Durandus, Heruzus 1. ratio 2 eodem.

Persona quid est.

2. ratio ad idem.

Intentio duplex, vna quam format intellectus, & attribuit rei cognitae obiectiue ut genus, & species, altera quae

est con-
tio op-
lita v-
uersali-
tis in-
tioni,
est non
aliud
men d-
minas
singul-
tas, in-
uidua
opin-
quod
sona si-
men
sub in-
tione.
diuid-
magi in-
tura in-
lectual-
Thom-
egidi-
Heruz-

1. ratio eodem

2. ratio eodem

obijc-
con-
apini

est condi-
tio oppo-
sita vni-
uersalita-
tis inten-
tioni, &
est nomē,
aliud no-
men deno-
minās: vt
singulari-
tas, indi-
uiduatio.
Opinio,
quod per
sona sit no-
men rei
sub intē-
tione in-
diuidui
vagi in na-
tura intel-
lectuali.
Thomas.
Egidius.
Heruicus.

opposita intentioni vniuersalitatis. Hoc ob-
id dictum volumus: quoniam tametsi vni-
uersalitas generis aut speciei rebus conue-
niat actione intellectus: non tamen indiui-
duatio, aut singularitas, hæc siquidem non
sunt in rebus actione intellectus, sed ex
natura rei.

Alijs visum est hoc nomen, persona, esse
nomen rei sub intētione indiuidui, eius-
q; vagi, & minimè definiti. Thomas. 1. p. q.
30. art. 4. item. 1. d. 23. q. 3. & d. 23. q. 3. ad 4. Egi-
dus. 1. d. 25. q. 1. Heruicus. 1. d. 23. q. 1. Quem-
admodum enim, inquit, homo significat
rem subiectam intentioni speciei, & aliquis
homo rem subiectam intentioni indiuidui
vagi in natura humana speciatim, ita etiam
persona significat rem quæ subest intētio-
ni indiuidui vagi in natura intellectuali
generatim. Hanc porrò sententiam his ar-
gumentis confirmant.

1. ratio p
eodem.

Nomen personæ impositum est ad signi-
ficandum indiuiduum, siue suppositum na-
turæ intellectualis, quatenus dignitatem
quandam, & excellentiam declarat, at in-
tentiones nihil dignitatis, & excellentiæ si-
gnificant, sed res quæ illis subiiciuntur: non
enim vniuersalitas maioris est excellentiæ
in homine, quam in equo, relinquatur igitur
personæ nomen non significare intensionē,
sed rem potius subiectam intentioni.

2. ratio p
eodem.

Præterea, nomen personæ impositum &
accommodatum est ad significandum aliquid
dignum laude, & vituperatione, vnde & gra-
uissimam dicimus aliquem sustinere per-
sonam, at intensiones nihil significant lau-
de dignum, aut vituperatione, id siquidem
rebus conuenit ijs, quæ liberè agunt, cuius-
modi sunt res subiectæ intensionibus, non
est igitur persona intensionis nomen, sed
rei, non sic quidem vt significet rem subie-
ctam intensionem generis, aut speciei, aut in-
diuidui definiti: sed rem subiectam inten-
tioni indiuidui vagi, eius naturæ, quæ intel-
lectus est particeps.

Obijciunt
contra
opinionē

Hinc tamen sententiæ illud primū ad-
uersatur, quia res subiecta intentioni indi-
uidui vagi, nomine communi declaratur,

vel generis, vel speciei, adiuncto signo par-
ticulari, ceu aliquod animal aliquis homo,
aliquis angelus: at non sic habet nomen
personæ.

Deinde illud obijciunt vel maximè, quia
nomen significans rem subiectam indiui-
dui vagi de multis est prædicabile, quando
quidem res ipsa intentioni subiecta est cō-
munis cum multis, ijs scilicet cum quibus
species communicatur. Vnde vagum dici-
tur indiuiduum, quia .s. non in vno solum
dicitur, sed in multis: at persona in sua ra-
tione illud sibi vendicat vt sit substantia in-
communicabilis non est igitur persona no-
men rei subiectæ intentioni indiuidui vagi.

Obijciunt
secundo.

Quocirca in eorum sententiā nobis dis-
cedendum putamus, qui existimāt nomen
personæ formaliter significare intensionē,
intentionem inquam denominantem no-
men rei, quod est suppositum, siue indiui-
duum demonstratum. Ita enim vindicari
potest definitio personæ, nempe cum sup-
positum, & indiuiduum demonstratum sit
incommunicabile: At incommunicabilitas
in definitione ponitur personæ.

Opinio
authoris,
nempe
quod per
sona sit no-
men intē-
tionis de-
nominans
rem, nepe
substantiā
singularem
naturæ in-
tellectua-
lis.

Definitur autem persona in ordine ad
primam intensionem, quam denominat,
quemadmodum prima substantia, cui solū
conuenit esse indiuiduum, & incommuni-
cabile, ipsa tamen ratio incommunicabili-
tatis nomini attributa communis est cum
multis, quemadmodum & ipsum nomen
personæ, vt enim solus Socrates, est Socra-
tes, non tamen solus est persona, aut suppo-
situm, neque solus incommunicabilis, aut
indiuidua substantia.

Persona,
quemad-
modū pri-
ma substā-
tia, defini-
tur in or-
dine ad
primā in-
tensionē,
quam de-
nominat:

DILVTIO ARGUMENTO-
rum aduersariæ sententiæ.

QVod vero ad argumenta aduersariorū
attinet, ea facile diluuntur. Ad pri-
mum respondetur personæ nomen esse no-
men ad dignitatem pertinens, non quidē
interuentu formalis significati, quod ipsum
est secunda intentio, sed interuentu natu-
ræ substratæ. Significat enim persona intē-
tionē suppositi, non absolutè, sed in natura
intellectu-

Ad r. con-
trarię opi-
nionis.

Persona
est nomen
dignitatis
ratione sub-
strati.

intelle-